

**CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.**

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

¹⁷
New York
Public
Library
MICHAEL GLYCAS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI


MDCCCXXXVI.

MICHAELIS GLYCAE

ANNALES.

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.



BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCLXXXVI.

IMMANUELIS BEKKERI

PRAEFATIO.

Michaelem Glycam qui primus Graece edidit, Philippus Labbeus codicibus manuscriptis usus est ut multis et bonis ita plerisque sero impetratis, siquidem ipse „monendum” inquit „censeo lectorem ante aliquot annos me editionem Graeci textus ex duobus bibliothecae nostrae manuscriptis codicibus mutilis atque imperfectis maturare coactum fuisse, eundemque postea contulisse ac supplevisse partim ex manuscripto codice chartaceo optimae notae, a celsissima principe Iohanna Baptistide Borbonia, generalis ordinis Fontisebraldensis antistita, ex locupletissima archimonasterii sui bibliotheca deprompto atque humanissime subministrato, partim ex variis excerptis ad me transmissis cum Roma a V. C. Luca Holstenio, eruditione omni atque humanitate perpolito, ex codice Vallicellano RR. PP. congregationis Oratorii, tum Augusta Vindelicorum a R. P. Simone Wagne-reckio, societatis nostrae theologo τῷ μακαρίτῃ, ex bibliothecis Bavarica atque eiusdem celeberrimae rei publicae Augustanae.” non potuit igitur vir

egregius, quod decebat, scriptori suo, ubi laborabat, ibi succurrere, sed in extremo demum volumine orationi eius mendis obsitae lacunisque hianti mederi coepit. ego vero decessoris mei incommodum commodum meum arbitratus, nihil admodum quod agerem superesse putavi, si quicquid Labbeus vel emendationis vel supplementi in notarum suarum latebris abdidisset, id inde protractum suisque locis repositum in praesentem usum converterem. feci sedulo, paratisque copiis contentus novas adeo non requisivi ut etiam ultro oblati abstinerim, velut illo, quem ab ipso trans Oceanum Bostonio Pickeringi promittebat humanitas, seculi, ut fertur, decimi tertii codice. notas autem Labbei, quippe demptis quae criticum usum haberent exinanitas, omittendas esse censi. nec servavi quae praeterea addiderat editio Parisiensis, codicis Fontisebraldensis indicem, Glycae disputationes duas theologicas a Pontano Latine editas, Menrsii de Theodoro Metochita praeloquium, Nicephori Gregorae de eodem Theodoro orationem funebrem, Leinclairii denique annalium Glycanorum ad captam a Turcis urbem continuationem: ea enim omnia aut parum necessaria esse videbantur aut ab hoc historiae Byzantinae corpore aliena.

Scrib. Berolini id. Ian. a. 1835.

LABBEI DEDICATIO.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

IULIO CARDINALI MAZARINO.

Cum redditam Europae pacem, teque auctore tandem et actore uno perfectam, ordines omnes summis gratissimi animi significationibus prosequuntur, Princeps Eminentissime, tum litterarum est doctrinarumque omnium proprium hoc sibi beneficium immortaliter praedicare. et auctos tamen hoc munere labores intelligunt suos; meritoque dubitant qui respondere iam meritis tuis possint, quae ne inter bella quidem ornando tibi pares erant. sed recreantur tamen hoc solatio, quod novarum sibi virium accessio facta est, neque iam in Gallia tantum, sed etiam apud gentes caeteras, quidquid ubique litterarum et linguarum est, tuis praeconiis resonabit. cum enim belli tempore optime de Gallia, secus de his quos hostes temporum iniquitas fecerat, meritis esses, nunc populos omnes concessae pacis munere devinxisti. admirabilis tot vocum, tot studiorum, tot nationum concentus existet, gloriae tuae suaeque felicitati gratulantium; in quo primas eruditi tenebunt, quorum artes veluti alumnas perpetuis complecti beneficiis ac fovere non cessas. patere, Princeps Eminentissime, meam quoque in illo concentu, aut potius societatis nostrae vocem per me resonantem, audiri, neque iam communia illa et in omnes sparsa populos beneficia, sed immortalia in nos merita celebrantem; qui et multis iam pridem tibi sumus nominibus obstricti, et recens illud quantum omnium commune pacis beneficium nobis proprie colatum agnoscimus. cum enim instituti nostri sit et optimarum artium disciplinas profiteri, quarum studiis nihil est armorum strepitu infestius, et excolendis hominum moribus studere profligandaeque impietati, quae impunius inter bella

grassatur, Tu constituta pace et languentes ac prope semianimes litteras excitasti, et neglectis ac veluti profugis virtutibus Europam omnem quasi templum aliquod aperuisti, in quo quiete deinceps ac placide colerentur. et habebit tamen in illa tranquillitate hostes suos religio, minus quidem furentes audacter, sed non minus idcirco metuendos: habebit et suos societas nostra, cui non indecorum est eosdem, a quibus ecclesia vexatur, adversarios, eundem, a quo defensa est religio, vindicem Te ac patronum experiri. perge, Princeps Eminentissime, de utraque bene mereri: sic tibi vicissim utraque, quod summum habet, gratissimo animo rependat, altera dignitatem orbis terrarum supremam, altera plenam religionis amorisque reverentiam. hi sunt, Princeps Eminentissime, societatis nostrae sensus, quos profiteri per me voluit. inter haec eius vota et terrarum omnium gratulationes patere hoc tibi quamvis tenue donarium, dum maiora exsolvamus, appendi. laudabunt alii, scio, in quadripertitis nostri dicam, an potius Tui, e Sicilia oriundi Michaelis Glycae annalibus, historiae sacrae ac profanae mirabili dexteritate insertam theologiam, divinarum litterarum interpretationem et assiduum sanctorum patrum usum cum medicinae scientia ac rerum naturalium cognitione coniunctum, principum Romae et Constantinopoli imperantium sibi que invicem ordine succedentium a Iulio Caesare ad Alexii Comneni obitum res praeclare gestas ingeniose connexas, certantem cum eloquentia ingenii felicitatem, cum rerum varietate incredibili non inconcinnam breviter, digressiones denique ad levandum lectoris taedium suis apte locis collocatas. ego vero neque in hoc neque in aliis, quae Tibi a nobis offerri possent, muneribus, quicquam magnum Teque dignum, aestimare statui, nisi cui Tu laudator et approbator accesseris. vale, et in multos annos felix vive. Dabam Lutetiae Parisiorum kal. Decemb. anni 1659.

Eminentiae Tuae

addictissimus PHILIPPUS LABBE
soc. Iesu prcsbyter.

AD OPTIMUM
ET ERUDITUM LECTOREM
PRAEFATIO.

Michaelis Glycae Annales, nunc primum utraque lingua orbi cognitos, cum tibi Regiis typis repraesento, optime lector, nolim existimes unius dumtaxat historiae aut chronici scriptorem, quales eodem fere tempore uberrimo proventu extulit Graecia, Iohannem Zonaram, Georgium Cedrenum, Constantinum Manassem similesque, sed theologum simul, sacrarum litterarum interpretem, medicum naturalisque scientiae indagatorem solertissimum exhiberi. ita enim ab orbe condito, quod et alii facere aggressi sunt, usque ad obitum Alexii Comneni et annum Christi MCXVIII patriarcharum regum atque imperatorum res gestas, historiamque omnem Iudaicam Romanam ac Constantinopolitanam pertexuit, ut eodem contextu controversas inter theologos philosophosque quaestiones agitaverit, ac de rebus omnibus quae in caelo aëre terra ac mari fiunt, de avibus piscibus animalibus, homine atque angelis disseruerit, sequutus veterum patrum Eustathii Basilii Nysseni Chrysostomi Sinaitae Pisidae aliorumque vestigia ac pene verba, qui opus sex dierum, quod Graeca voce Hexaameron dicere solemus, singulari diligentia concinnarunt.

Patriam docent mss codices, qui *Σικελιώτην* constanter appellat; nec ablunderet additum *τοῦ Γλυκᾶ* cognomen, si labente duodecimo Christi saeculo, quo vixisse circa annum MCL videtur, Siculos Dorica adhuc dialecto usos fuisse constaret. privatus an in magistratu aut dignitate aliqua publica, militari aulica forensive ornatus, coniugatus an caelebs vixerit, plane nescio; nec adspersa singulis fere paginis *ἰστοῦ*

τέκνον καὶ ἀγαπητοῦ vocabula patrem potius quam senio-rem ac magistrum, discipuli aut amici iuvenis gratia opus illud elucubrantem, designant. praeter Annales scripsisse dissertationes theologicas ex specimine Pontani nostri opera edito didici; epistolas quoque V. C. Leo Allatius adiungit, quas nondum vidi. caetera de eo mihi ignota profiteor. hoc certe exploratum, studiis a puero deditum fuisse, φιλόπονον καὶ φιλομαθῆ, qui tot tamque varios sacros profanosque scriptores evolverit, ex eorum operibus illustria quaeque excerpserit, miroque artificio in unius orationis seriem contulerit.

Ad Graecum Annalium textum quod spectat, illum ex duobus Claromontani nostri collegii exemplaribus describendum curavi, eorumque lacunas librariorum fraude aut incuria frequentes partim ex Fontisebraldensi codice a celsissima Principe sacri illius Parthenonis antistita generali, Iohanna Baptistide Borbonia, mihi humanissime communicato, partim ex submissis Roma Vallicellani ac Monachio Bavaricorum codicum subsidiis a VV. CC. Luca Holstenio et Simone Wagnerechio S. I. P. supplevi, variantes lectiones adscripsi, Leunclavii interpretationem in plerisque emendavi, aliaque insuper adieci, quae ex Annotationibus commodius reperiuntur.

Unum tamen hic omittere nequeo, Iohannem Meursium delibatum ex parte III annalium nostri Glycae τεμάχιος, a Iulio Caesare ad Constantinum Magnum, Graece ac Latine Lugduni Batavorum edidisse et Theodoro Metochitæ falso tribuisse, additis brevibus notis et Nicephori Gregoræ nactia; quae suis locis inserere non dubitavi, ut nihil necesse sit iterum praelo subiicere Romanam illam, ut appellat, Historiam. tantum te morabor, erudite lector. vale, et quod facis, studiis nostris favere perge.

IOHANNIS LEWNLAVII, AMELBURNI,
AD GENEROSUM ET ILLUSTREM VIRUM
IOHANNEM BARONEM KITLICIANUM,
CRAINI AC DRENCAVIAE DOMINUM
IN ANNALES GLYCAE LATINOS
PRŌOEMIUM

Est in familia Caesaris nostri, Domine, vir praestans ingenio, cognitionis varietate, rerum usu, et virtute propemodum singulari, Sambucus ille meus; cuius ego frequenter apud amicos, et iucunde quidem, recordari soleo. nam iis dotibus, supra complures huius aetatis ex doctrina claros homines, divinitus est exornatus, ut inter nos iam ab annis aliquot amicitiam non vulgarem civisse non ex animo gaudeam solum, verum etiam in aliqua felicitatis parte ponam. cur enim illum hominem non maximi faciam, qui publicatis egregii ingenii monumentis, emblematis solerter excogitatis et per arguta quaedam idyllia declaratis, Dioscoride purgato et illustrato, varietatum libris non illis quidem adhuc editis, sed suo tamen tempore proferendis, omnes in admirationem sui rapit? ne dicam quantum in eo laudis mereatur pervestigandae antiquitatis indefessum sane studium, quo non sine magnis impensis tot rarissima priscorum numismata conquisivit, tot eximios in omni disciplinarum genere libros ab interitu vindicavit; quos ipsos aliorum quorundam invidorum more non intra carceres et septa privata coerces, sed animo libente, quae viri perhumana benignitas et memoranda libe-

ralitas est, cum universis communicat. immo non ipse tantum iis expoliendis et ad editionis maturitatem perducendis incumbit, ut publicam ad utilitatem in medium prodeant, sed etiam aliis pleraque velut extrudenda mittit, ne quod nostrum scilicet commodum remoretur, dum ipse gravioribus curis et occupationibus impeditus honorum desiderio, thesauris longe pulcerrimis ex caligine quarundam quasi laborarum eruendis, satisfacere nequit. atque huius sane tam sancti, tam laudabilis instituti fructus amplissimos percipit, dum et a litteratis ubique gentium se coli atque observari videt, et in magnorum illustriumque virorum gratia suaviter adquiescit. Caesar quidem, ceu Philadelphus alter, alterum quemdam Demetrium Phalereum bibliothecae praefecit, ac historici munus ei mandavit; quas ad res quem alium magis idoneum reperiret, equidem non video. nec est cur eius viri consilia, qui universitatis historiam cum variarum disciplinarum scientia tam feliciter complexus sit animo, maximis in momenti rerum ab Augusto sapientissimoque principe et requiri lubenter et magnopere probari dubitem. ut autem id exponam quod hic locus et instituta oratio postulat, misit ad me quoque Sambucus superioribus his annis proximis duos annalium scriptores Graecos, Michaelum Glycam cognomento Siculum et Constantinum Manassem; quorum utrumque Latinum in sermonem converterem ac publici iuris facerem. solet enim putare nostras, ut cum poeta loquar, esse aliquid nugas, hoc est, eam nos linguae Graecae cognitionem consecutos esse quae transcribendis in Latinam veterum scriptis utcumque par sit; in quo ut amici plenum insignis erga me benevolentiae iudicium satis agnosco, ita meas vires ac in utraque lingua facultatem nemo me rectius metiri vel potest vel debet. quoniam vero non prorsus reiecturos homines eruditos sperabam quod auctore tali viro praestandum reciperem, praesertim ostendente per literas se auctoritatem consilii sui nunquam defugiturum, feci sane quod ille iubebat, et utrumque Romana civitate donavi, non ut imperator quispiam, sed velut unus ex multis, qui eius rei curandae mandatum ab imperatore haberet. cumque prior hoc tempore Glycas in publicum exeat, Constantino mox subse-

cauro, libet hoc loco spectatoribus hominis Graeci et omnino hactenus incogniti, quid ius civitatis adeptus vicissim rei publicae fructus ex se promittat, quam brevissime poterit, iudicare. nimirum agnoscit in civitatem admitti se non debere nudum ac inopem, ne lustris appetente, censoribus pervulgatum illud *ex animi sententia* praefantibus, egestatem mox ipse suam fateri cogatur, et loco motus vel aerariorum in numerum ordinemque redigi vel capite censi vel prorsus iure civitatis excidere, quod quidem amittere turpius quam ab initio non impetrasse. quamobrem diviso in triunces facultatum huius asse, deque iis aestimatione facta, videamus an in censum redigi possit. universa Glycae commentatio quattuor in partes est distributa. earum prima rerum primis sex diebus ab ortu mundi conditarum enumerationem praeclaram continet, immixtis passim arcanis naturae, cum admirabili expositionis varietate, quae religiosum et amantem opificii providentiaeque divinae lectorem non potest non singulari voluptate quadam adficere. secunda temporum seriem ab initio mundi usque ad Christum ex ecclesiae doctrina praecipuae tradit, et eius causa cui librum elaboravit (appellat autem hunc filium) plurima de sacris intertextit. quippe primorum imperiorum tam initia quam progressus ex iis tamquam certis testibus petere maluit, cum de Nabuchodonosore, de liberis eius totoque Assyriorum imperio, ut omittam antiquiora, perpauca vel nulla potius memoratu digna in extrariorum, quos gentiles dicimus, scriptorum monumentis reperiantur. sic autem haec tractat ut obiter de quaestionibus minime vulgaribus disserat, citatis auctorum gravissimorum testimoniis; quorum cum non pauci nobis plane sint incogniti, pretium nos operae facturos existimabamus, si antiquitatis studiosorum in gratiam illorum nomina statim huic prooemio subiiceremus. et iudicat profecto Glycas noster de maximis rebus haud absurde, quibus in rebus recte conformata esse ac praesertim illorum iudicia, quorum animi per aetatem adhuc nonnihil caecutiunt nec verum pervidere possunt, plurimum interest, verbi gratia de praedictionibus astrologicis, de vi siderum, an ea mentes hominum regant, de monstrosis fetibus, de divinationibus, de fato, de bonis

et malis geniis, de animo, de praevisione divina, non illa peccati causa sit, de obdurationibus impiorum, de magicorum et verorum prodigiorum discrimine, quo loco de Antichristi etiam miraculis ac praestigiis agit; de variis tam philosophorum quam haeticorum opinionibus. quodsi quis arbitratur hisce de rebus minime disserendum vel in historia vel in annotatione temporum, is sciat primum haec iunioribus esse perscripta, quorum animos rectis sententiis, ut paulo ante significabamus, imbui permagni refert. deinde velim Glycae nostro vel illam ob causam sit aequior, quod pleraque non ita prolixè nec confuse tradiderit ut Cedrenum et alios factitasse videmus, qui compendia quaedam promittentes volumina prorsus ingentia, quaeque sine taedio pellegi nequeunt, posteris relinquere. post Christum natum, parte scilicet operis tertia, cum imperio Romano historiam ecclesiae coniungit. est autem haec accuratus admodum in brevissimis annorum notationibus, quibus imperatores singuli rerum potiti fuerunt. non omnia quidem illorum vel dicta vel facta recenset (nec enim hoc vel instituerat vel etiam facere debebat, annales mundi breves scripturus), memoria tamen indicationeque digna minime praeterit. et quia tandem imperium Romanum Byzantium sive Constantinopolim Graecos ad homines translatum fuit, eius ipsius regni seriem ac res ab regibus gestas diligenter extrema in parte prosequitur, quod existimaret ibi principis atque maximi per orbem terrarum imperii sedem esse, cum quo res occidentis, hoc est nostras, minime conserendas statueret. hanc ipsam ob causam nostra silentio praeterit, quorum ex aliis notitia peti non difficulter potest. vicissim nostri fere nihil de orientalibus istis principibus post factam Caroli magni temporibus imperii divisionem memoriae prodiderunt, conantibus utrisque suae nationis hominibus opera sua servire. possum autem vere polliceri lectoribus in hac extrema parte multa notata apprimè digna reperiri, quorum ne verbo quidem prolixarum historiarum scriptores meminerunt. atque harum in rerum expositione pervenit ad ea tempora quae nostram hanc aetatem annis paulo amplius cccc praecesserunt, hoc est ad Iohannem Alexii Comnenum, cui Pulchri cognomen datum fuit. arbitror

ex his abunde iam liquere Glycam nostram quosvis apud censores facile dignum se probaturum qui Romanam in civitatem admittatur. ceterum ut partim non essent qui forte res ab sequentibus Iohannem principibus gestas desiderarent, partim ut ipse Glycas eo confidentius in hominum oculis hac etiam commendatione fretus appareret, adiciere quoddam velut *ἐπιμνηστικόν* de nostro voluimus, quo census eius nonnihil augetur. de certissimis enim scriptoribus, in quibus locum facile principem obtinent Choniatas Acuminatus, Nicephorus Gregoras, Laonicus Atheniensis, Byzantinam historiam, filium ipsius Glycae secuti, ad eius regni per Turcos eversi finem conteximus, ut quod sparsim hactenus et ex variis petendum erat, uno iam libro commode lectores comprehensum invenirent. apud te vero, Domine, novum hunc civem Romanum ab initio sistere volui, quod futurum plane mihi persuaderem, ut si tibi, censori polito et incorrupto, probaretur, eo facilius aliorum sibi gratiam atque benevolentiam conciliaret. praeterea iure quodam tuo tibi se offert, quod hominis opera degentis in tua familia vestem Romanam induerit. denique Sambucum, qui princeps in eum beneficium hoc lucis liberioris contulit, in os laudare prae verecundia non ausus. apud te virum praeclare de litteris meritum et adhuc cottidie merentem praedicare voluit, quem sciret eruditorum studiis ad rei publicae commoda spectantibus quam honestissime cupere. dixi.

GLYCAS SAMBUCO.

Non proditum me Sambuce sperabas
 solum, toga recens amictum Romana,
 qui palliatus more antehac eram Graio.
 comitarier me nimirum imperatorum
 Themis meorum et dulcis ille debebat,
 mecum Manasses, qui delituit invitus.
 sed surripuit illam unguulae leoninae
 nequiterque clamque clepsit et fugiens secum
 quidam abstulit, Phrygia de gente cui nomen,
 numquam hoc aperto pol Gradivo facturus.

imbellis ille comes Berecynthiae matris.
et sunt, vereri qui solent, ne tam longo
dum tempore expectamus hunc Phrygem, demum
cum risu anus Phrygia prosultet in scenam.
hunc alterum ante me gnarum Ausonum linguae
premens acerba sors et invidum fatum,
exire non sinunt foras, secuturum
tamen brevi, sub ipsam scilicet brumam.
sic dum latet Themis, nos ambo prodimus.
usu venit, iactari quod solet vulgo:
primi ultimi fiunt, et ultimi primi.

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΓΛΥΚΑ

ΒΙΒΛΟΣ ΧΡΟΝΙΚΗ.

ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ
ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΓΛΥΚΑ
ΒΙΒΛΟΣ ΧΡΟΝΙΚΗ *).

Βραχυσύλλαβον ἐγχαράττω σοι τοῦτο τὸ γράμμα, τέκνον μου Ρ. 1
5 φίλιτατον. εἰ γὰρ καὶ μυρίοις ἑαυτοῦς ἐκδεδώκασι πόνοις οἱ τὰ V. 1
χροινικὰ συλλεξάμενοι διηγήματα ὥστε φιλοτίμως ἐκθέσθαι τὰ
οὐκ εὖ συντάγματα, ἀλλ' ἐν δλίγοις ἐγὼ τὰ τοιαῦτα συμπεριλα-

*) Titulus Vallicellani codicis (V) sic habet, τοῦ λογιωτάτου καὶ
μακαριωτάτου κυροῦ Μιχαήλ τοῦ Γλυκά χρονικὸν ἀπὸ κτίσεως
κόσμου συνοπτικόν, διεξίδον κατ' ἐπιτομὴν περὶ τε τοῦ οὐρα-
νοῦ καὶ τῆς γῆς, περὶ τε τοῦ φωτός αὐτοῦ, καὶ πάντων ἀπλῶς
τῶν ὑπὸ Θεοῦ δημιουργηθέντων ἐν ἡμέραις 6', περὶ τε τῆς
πλάσεως τοῦ Ἀδάμ, καὶ τῶν λοιπῶν καθεξῆς. Fontisebralden-
sis (F) vero paucis mutatis sic incipit τοῦ σοφωτάτου καὶ μακα-

M I C H A E L I S - G L Y C A E
A N N A L E S
A M U N D I E X O R D I O U S Q U E A D O B I T U M
A L E X I I C O M N E N I .
P R I M A P A R S
I N T E R P R E T E I O H A N N E L E U N C L A V I O .

Hunc etiam brevem commentarium tibi, carissime fili, conficere
lubuit. quanquam enim scriptores annalium in eo nimio opere laborare
video ut ambitioso quodam orationis genere cogitationes suas expo-

βῶν (οἶδα γὰρ ὅτι καὶ πάνν καταβαρύνει τὰς ἀκοίας, εἶπερ ὁ λόγος εἰς μῆκος ἐπεκταθείη) βραχεῖαν ἰδοῦ σοι καὶ ταύτην τὴν βίβλον συντίθημι.

Πρὸ πάντων οὖν εἰδέναι σε ἄξιον ὅτι ἐν ἕξ ἡμέραις ἐποίησε τοῦτον τὸν κόσμον ὁ θεός, ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν 5
 P. 2 ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησεν. ἠδύνατο οὖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰ πάντα παραγαγεῖν, οὐρανὸν δηλονότι, γῆν καὶ θάλατταν, ἰχθύας τὰ τε πετεινὰ καὶ τὰ τετράποδα καὶ πρὸς τούτοις τὸν ἄνθρωπον. ἀλλ' ἵνα μὴ ἀφορμῆς ἐπιδράζονται οἱ ἕξ αὐτομάτου τὰ πάντα παραχθῆναι λέγοντες, ἡμερῶν 10
 ἐδεήθη ἕξ ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τοῦδε τοῦ κόσμου ὁ δημιουργὸς ἡμῶν καὶ θεός, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶν. εἰ γὰρ καὶ οὕτω τῶν ποιημάτων ἀπαρτισθέντων αὐτόματα ταῦτα τινες ἐφαντάσθησαν, πολλῶ μᾶλλον εἶπερ ὁμοῦ καὶ κατὰ ταῦ-
 V. 2 τὰ εἰς τὸ εἶναι παρήχθησαν. ἐν ἕξ δὲ καὶ μόναις ἡμέραις, καὶ 15

ριωτάτου etc. sequuntur aliquot versus cum titulo στίχοι Ἰαμβοὶ εἰς τὴν παρούσαν βίβλον:

βίβλος χρονικὴ σύνθεσις τεχνουργίας
 λόγου χάριν
 λόγος κλήσις ἢ συγγραφῆως,
 ἦν ἐκ γένους ἔσχηκε γλυκεπωνύμου
 Γλυκᾶς ὁ γράψας Μιχαὴλ τὸ βιβλίον,
 θεοῦ λόγων νοῦς καὶ κανὼν τῶν δογμάτων.

integre vero atque emendate leguntur in Claromontano (C) et quibusdam aliis:

βίβλος χρονικὴ σύνθεσις τεχνουργίας
 εἰς τὸ γλυκὺ σύνταγμα σχεδιασθεῖσα
 ἔργοις παρέσθω κλήσις ἢ γεγραφέως,
 ὅς ἐκ γένους ἔσχηκε Γλυκετῶν λόγος
 ὁ συγγεγραφέως Μιχαὴλ τὸ βιβλίον,
 θεῶν λόγων ἔγνωσαν περιλαμβάνον. LABB.

12. ὁ deerat.

nant, ego tamen meum secutus institutum, quae ab iis essent tradita, paucis comprehendere malui, quod cognitum habeam prolixis orationibus aures hominum obrutas taedio quodam adfici.

Ante omnia vero scira debes deum sex dierum spatio mundum hunc condidisse, ac die septima rerum creationi fine imposito quiescisse. poterat quidem uno die res universas in ortum producere, nimirum coelum, terram, mare, pisces, volucres, quadrupedes bestias, et in his hominem ipsum: sed ne occasionem erroris hinc sui arriperent qui fortuito casu orta perhibent omnia, diebus sex mundum hunc absolvere voluit, quemadmodum aureus orator ille Iohannes tradit. nam si hoc etiam modo creatis absolutisque rebus, ausi quidam sunt imaginari casu quodam ortas, multo magis id fecissent, si pariter eodemque tempore conditae fuissent. placuit iti-

οὐ πλέοσιν ἢ ἐλάττωσι, τουτονὶ παραχθῆναι τὸν κόσμον ἡὺ-
 δόκησεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς διδαχθῶμεν ἐντεῦθεν ἕξ ἡμέρας τῆς
 ἐβδομάδος ἐργάζεσθαι, τῇ δὲ ἐβδόμῃ κεκοῖσθαι πρὸς μόνην
 δοξολογίαν Θεοῦ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ δημιουργὸς ἐν τῇ
 5 ἐβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων ὧν ἤρξατο ποιεῖν.
 εἰ δὲ ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις εὐρηταί λέγων „ὁ πατήρ μου
 ἕως ἄρτι ἐργάζεται, καὶ γὰρ ἐργάζομαι,“ μὴ θαύμαζε. τότε
 μὲν γὰρ ὁ Θεός, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶττιάν φησι, κατέπαυ-
 σεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων, τουτέστιν ἕστη τοῦ δημιουργεῖν
 10 μετὰ γὰρ τὴν ἕκτην οὐδὲν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι πα-
 ρήγγαγεν. ἐπειδὴ δὲ τὰ δημιουργηθέντα συνέχων ἔκτοτε καὶ
 συντηροῶν οὐ διέλειπεν (εἰ γὰρ μὴ οὕτω ποιῶν ἦν, οὐκ ἂν
 ἐπὶ τοσοῦτοις αἰῶσι τὰ τοιαῦτα διήρκεσε), καὶ λίαν εὐλόγως
 καὶ τῆμερον ἐργάζεσθαι λέγεται.

15 Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν
 γῆν, οὐρανὸν ἐκείνον τὸν πρῶτον, τὸν περικαλλῆ τε καὶ ἀνα-
 στραν, περὶ οὗ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύ-
 ψει αὐτοῦ περὶ τῆς μετὰ ταῦτα καταστάσεως διεξιῶν, οὕτω
 φησὶν „εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινὴν, καὶ ἡ θύλασσα
 20 οὐκ ἔστιν ἔτι.“

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ
 τὴν γῆν. πρόσεχε, ἀγαπητέ, ὅτι καὶ τοῦτο ἐνταῦθα ἠπό-
 ρηται, πῶς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν πρότερον, εἶτα τὴν γῆν. D

1. παραχθῆναι P (i. e. editio Parisiensis). 12. γὰρ deerat.

dem deo sex tantum diebus, non pluribus nec paucioribus opificium
 mundi huius absolvere, ut sciremus nobis quoque sex cuiuslibet se-
 ptimanae diebus laborandum, septimumque diem soli celebrationi
 divinae impendendum. nam ea de causa opifex quoque noster ab
 omnibus operibus suis septimo die quievit. nec est quod dominum
 in evangelio (Iohan. 5 17) dicere mireris „pater meus operatur ha-
 ctenus, et ipse operor.“ nam tum quidem temporis, ut Chrysosto-
 mus ait, ab operibus universis quievit, hoc est creare desiit: quip-
 pe post sextum diem haud quaquam in ortum de nihilo quicquam
 produxit. quia vero secundum id creata conservare non cessavit, abs-
 que quo foret, in hodiernum illa diem non durassent, iccirco etiam
 modo non abs re operari dicitur.

Enimvero primo die coelum ac terram condidit, coelum inquam
 illud princeps, perpuleram, sideribus carens, de cuius imagine Io-
 hannes evangelicae auctor historiae, de secutura secundum haec rerum
 instauratione loquens in revelatione sua (21 1), sic ait. „vide-
 bam coelum novum terramque novam, et mare prius nusquam erat.“

Deus, ait sacrae historiae scriptor (Genesis 1 1), initio coelum
 et terram creavit. animadvertite, fili, dubium hoc loco quiddam inci-

ἐπειδὴ γὰρ τὰ θεμέλια καταβάλλονται πρότερον, εἴθ' οὕτως
 ὁ ὄροφος, ἔδει πάντως παραχθῆναι τὴν γῆν καὶ τότε τὸν οὐ-
 ρανὸν. ἀλλὰ μὴ θαύμαζε τοῦτου ἕνεκεν. ἐπειδὴ γὰρ πάντα
 τοῦ θεοῦ ὑπὲρ φύσιν. ἐστὶ καὶ τέχνης ἀκολουθίαν, καινὸν
 πάντως οὐδὲν εἶγε καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου τοῦτου παραγω- 5
 γῆς τὸν οὐρανὸν ἐποίησε πρότερον, εἶτα τὴν γῆν. καὶ οὕτω
 μὲν ὁ θεϊότατος Ἰωάννης· ἕτεροι δὲ φασιν ὅτι ὁ ἀριστοτέ-
 λης θεὸς τὸν οὐρανὸν πρότερον παραγαγὼν, εἶτα τὴν γῆν,
 ἀπόρρητον αὐτοῦ σοφίαν καὶ τέχνην παρέστησεν. ἐπειδὴ γὰρ,
 P. 3 ὡς ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Γρηγόριος ὁ Νύσσης φησὶν ὅτι διὰ τῆς 10
 ὀξείας κινήσεως τοῦ οὐρανίου σώματος ἐδράζεται κατὰ χω-
 ρας ἡ γῆ καὶ συσφίγγεται, ἔπρεπε πάντως τὸν συνοχέα πα-
 ραχθῆναι πρότερον, εἶτα τὸν συνεχόμενον. εἰ δὲ καὶ πλεον
 ἐναπορήσειέ τις ἐταυῦθα, πῶς ἡ γῆ, λέγων, οὐκ ἐξέστη τῆς
 οἰκείας βύσεως ἀκινήτου τοῦ οὐρανοῦ γεγονότος, ὡς ἐν τοῖς 15
 πρὸς Θαλασίσιον ὁ μέγας Μάξιμος, ἠνίκα ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰη-
 σοῦς ἔλεγε „στῆτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαῶ καὶ ἡ σελήνη κατὰ
 φάραγγα Αἰλώμ,” τότε πρὸς αὐτὸν ἐροῦμεν ὅτι ὅπου βοῦ-
 λεται ὁ θεός, νικᾷται φύσεως τάξις. εἰ γὰρ ἐν τῇ χειρὶ
 Β αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, εἰ καὶ τοὺς στύλους τῆς γῆς αὐ- 20
 τὸς ἐστερέωσε, καθά φησιν ὁ Δαβὶδ, εἰ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν

4. ἀκύλουθον F.

dere, qui coelum prius condiderit, ac deinde terram. cum enim
 priore loco fundamenta iaciantur, atque ita deinde tectum impona-
 tur aedificiis, omnino terra prius in ortum producenda erat, ac tum
 demum coelum quoque creandum. verum aliter egisse deum nequa-
 quam tibi mirum videatur. nam cum opera ipsius omnia naturae leg-
 es excedant et omnem artis seriem, nihil novum, si etiam in mun-
 di creatione coelum priore loco, terram secundo condidit. hoc modo
 divinus ille Iohannes hanc dubitationem explicavit. alii vero dicunt
 deum summum artificem primum coelo condito deinde terram creas-
 se, ut hoc ipso ineffabilem sapientiam artemque suam declararet.
 nam cum de sententia Gregorii Nyssensis, hominis rerum divinarum
 peritissimi, per coelestis corporis motum celerrimum suo in loco
 terra stabiliatur et quasi constringatur, omnino conveniebat id prius
 creari quod alterum contineret quam quod contineretur. quodsi iam
 quis amplius dubitet, qui factum sit ut terra de fundamento suo
 non fuerit emota, quo tempore coelum non agitabatur motu suo
 ferebatur (hanc enim quaestionem eximius ille Maximus in iis quae
 ad Thalassium scripsit movet) Iesu Nave F. dicente „sol apud Ga-
 baonem subsistat et luna ad vallem Aelonem;” ei respondebimus, ubi
 deus vult, ordinem naturae vinci. nam si eius in manu sunt terrae
 limites, si terrae columnas ipse stabilivit, ut Davides loquitur, si

ἐπὶ τὴν ἀσφύλειαυ αὐτῆς ὥστε μὴ κλιθῆναι εἰς τὸν αἰῶνα, μὴ θανάματς εἶγε καὶ τοῦ οὐρανοῦ ἀκινήτου ποτὲ μείναντος τῆς οἰκείας ἢ γῆ βύσεως οὐκ ἐξέπεσεν. εἰ γὰρ καὶ φυσικῶ λόγῳ τὰ πάντα γίνονται σήμερον, ἀλλ' ἐπειδὴν ὁ τῆς φύσεως βουληθεῖη δεσπότης, τότε καὶ ὑπὲρ φύσιν ὀρωμεν οὐκ δλίγα τῶν πραγμάτων γινόμενα.

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. καὶ ἐπειδὴ, καθὼς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, ἐξ ἀντιφράξεως τοῦ οὐρανοῦ σώματος βαθὺ σκότος ὁ ἀήρ ἐνε- V. 3
10 δύσατο (καὶ σκότος γάρ, φησίν, ἐπάνω τῆς ἀβύσσου), πα- C
ρήγαγε τὸ αἰσθητὸν τοῦτο φῶς ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. οὐδὲ γὰρ ἀπορροῶγά τινα τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἐκείνου τοῦ ταῖς αἰσθητοῖς προσόντος δυνάμεσιν ἐναποληφθῆναι ἔπρεπε τῶ ὑλικῶ τούτῳ κόσμῳ καὶ ὄρατῶ, ὅτι μηδὲ κοινωνία τοῖς ἐν ἀμφο-
15 τέροις νοητοῖς. κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ διεστηκέναι μὲν ἀπ' ἀλλήλων τὸν τε νοητὸν κόσμον καὶ τὸν αἰσθητὸν, ἐστηκέναι δὲ τῶν ἰδίων ὄρων ἐντὸς ἢ θεολόγος γλωσσο τραντάτα ἔφησε. πρόσεχε οὖν. ἐπειδὴ γὰρ προστάγματι θεῖῳ περιετάρθη ἀθρό- D
20 σαι τὰ ἔνδον, ἀναγκαίως τὸν ἐναποληφθέντα αὐτῶ τὸνον ἀφεγγῆ κατέστησε, τὴν ἐξωθεν ἀγῆν διακόψας. εἴ τι γὰρ

13. ἐναπολειφθῆναι P. 14. τοῖς] τις F. 20. ἐναποληφθέντα ego: ἐναναπολειθέντα F, ἀναπολειφθέντα P.

terrae fundamenta certa firmaque iecit, ut perpetuum ea loco non moveantur, desine mirari quod aliquando coeli motu quiescente de fundamento suo terra non exciderit. quarquam enim omnia ratione naturae consentanea fiant hodie, tamen si quidem ita naturae dominus ille velit, etiam supra naturae leges accidere non pauca videmus.

Creavit igitur initio coelum et terram. et quia, sicut eximius ille Basilius ait, ex obstructione corporis coelestis aër caliginem altam induerat (erant enim, inquit Moses, offusae abysso tenebrae), lucem hanc sensilem produxit deus, ut in terris ea luceret. quippe non conveniebat ut rivus quasi quidam et particula lucis illius intellectilis, quae expertibus crassae materiei potestatibus adest, in hoc crasso et adspectabili mundo relinqueretur, cum harum utraque nihil inter se commune habeat. nam lucis ipsius ratione mundus intellectilis et sensilis inter se diversi sunt, et utriusque lux suos intra limites consistit, quemadmodum Gregorius Theologus clarissime scripsit. animum igitur iis quae dicturi sumus advertite. cum mandato divino coelum circa se inclusas subito velut extensum fuisset, corpore continuo praeditum, quod facile interiora separare ab extrariis posset, necessario factum est ut inclusus intra coelum locus exers

ἦν πρὸ τῆς τοῦ αἰσθητοῦ τοῦδε κόσμου συστάσεως, ἐν φωτὶ διήγεν ὁμολογουμένως, ὡς ὁ θειότατος φησι Βασίλειος. οὐδὲ γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων ἄξιαι καὶ πᾶσαι αἱ ἐπουράναι στρατιαὶ ἐν σκότει διήγον, ἀλλ' ἐν φωτὶ καὶ πάσῃ εὐφροσύνῃ πνευματικῇ. τὸ τοῖνυν ἐγκόσμιον σκότος τῆ τοῦ οὐρανοῦ σώματος 5 παρηνέστη σκιᾶ. ἀλλ' ἐνταῦθα προσέχειν ἄξιον. οὐδὲ γὰρ προηγείται τῆς ἡμέρας ἢ νύξ, ὡς ἐδοξέ τισιν ἁμαθεσι. τὸ P. 4 γὰρ σκότος ἐκεῖνο τὸ πρὸ τῆς παραγωγῆς τοῦ ὄρατοῦ τοῦδε φωτός οὔτε οὐσία τίς ἐστιν (ἐξ ἀντιφράξεως γὰρ ὑφέστηκεν, ὡς προσίρηται) οὔτε νύξ ὠνομάσθη παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς, 10 ὡς ἐντεῦθεν τῆς ἡμέρας τὴν νύκτα προαίτησθαι. εἰ γὰρ καὶ τοῦ Μωσέως ἠκουσας λέγοντος ὅτι μετὰ τὸ διαχωρίσαι τὸν Θεὸν ἀναμέσον τοῦ φωτός καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους τὸ μὲν φῶς ἡμέραν ἐκάλεσε, τὸ δὲ σκότος ἐκάλεσε νύκτα, μὴ θαύμαζε. οὐδὲ γὰρ τὸ σκότος ἐκεῖνο τὸ πρότερον, ὡς Ἰω- 15 σηπος ἐν τῇ καθ' αὐτὸν ἀρχαιολογίᾳ φαίνεται λέγειν, ἀλλὰ τὸ μετὰ τὴν στατολήν τοῦ φωτός χώραν αὐτίκα λαβόν, ἐκεῖ- B νω νύκτα ἐκάλεσε. „καὶ ἐγένετο” γὰρ φησιν „ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρῶτὴ ἡμέρα μία.” καὶ πείθου τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ λέγοντι ὅτι ἡ πρὸ τῆς γενέσεως τοῦ φωτός ἐν τῷ κόσμῳ κα- 20 τίστασις οὐχὲ νύξ ἦν ἀλλὰ σκότος. τὸ μέντοι διασταλὲν πρὸς

15. ὡς — λέγειν om CF.

lucis maneret, secreta nimirum ab eo luce illa extrarla. nam si quae extiterunt ante mundi huius sensilis et interitui obnoxii ortum, haud dubie in luce versabantur, ut magnus ille noster Basilius inquit, nec vel angeli vel caeterae coelestes copiae in caligine degebant, sed in luce ac omni laetitia spirituali. quamobrem sequitur has in mundo primum condito tenebras ex corporis coelestis umbra fuisse perfectas. hoc tamen loco diligenter a nobis considerari quippiam, operae pretium fuerit. non diem nox praecessit, ut imperitis quibusdam videtur. nam illae tenebrae quae ante lucis huius aspectabilis creationem extiterunt, nec essentia quaedam erant (etenim ex obstructione quadam ortae sunt, ut prius est indicatum), nec sacris in litteris nox appellantur, ut inde concludi possit diem noctem esse praeponendam. quanquam enim dicere Mosem audias deum, postquam lucem a tenebris distinxisset, lucem quidem appellasse diem, tenebras vero noctem, mirum id tamen nequaquam tibi videatur. quippe non caliginem illam priorem, quemadmodum in libris Originum suis sentire Iosephus videtur, sed eam quae post collectionem lucis suum mox locum accepit, noctem vocavit. sunt enim haec verba Mo- „facto vespere ac mane dies unus extitit.” Iocirco potius magno Basilio fidem habe, qui ait eum statum rerum, qui ante lucis ortum in mundo exstiterit, non noctem sed tenebras fuisse, cum id quod

τὴν ἡμέραν, τοῦτο νῦν ὠνομάσθη, ὅπερ νεωτέρας προσηγορίας μετὰ τὴν ἡμέραν τετύχηκεν. οὐκοῦν ἡ ἡμέρα προηγείται τῆς νυκτός. τὸ γὰρ φῶς ἐκεῖνο διακεχυμένον ὄν ἄπανταχοῦ συνεστελλέτο κελεύσει τοῦ παραγαγόντος αὐτὸ θεοῦ, 5 συστελλόμενον δὲ πάροδον ἐδίδου τῇ νυκτί, καθά φησιν Ἰουστίνος ὁ φιλόσοφος ὁ καὶ μύρτυς Χριστοῦ, καὶ μετ' ἐκείνον C ὁ μέγας Βασιλεῖος. ἔνθεν τοι καὶ τὸ μῆκος ἀμφοτέρων ἐπιστάπτων ὁ Μωσῆς καὶ μίαν ἡμέραν ἀποκαλᾶν, οὕτω τὴν ἐκμέτρησιν τῶν χρόνων ποιεῖ, „καὶ ἐγένετο” λέγων „ἑσπέρα, 10 καὶ ἐγένετο πρῶτὴ ἡμέρα μία.” ἐπὶ γὰρ οὖν, ἀγαπητέ, ὡς εἶγε τὸ σκότος ἐκεῖνο προηγέτο τῆς ἡμέρας, ἐκεῖθεν ἂν ὁ Μωσῆς καὶ τὴν τῶν ἡμερῶν ἐποιεῖτο ἐκμέτρησιν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπιβεβαίωσεν καὶ αὐτὸς ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. ἐν γὰρ τῇ εἰς τὴν ἑξαήμερον τρίτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ φησὶν ὅτι εἰπὼν ὁ 15 Μωσῆς „καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρῶτὴ ἡμέρα μία” ἔδειξε σαφῶς ὅτι τὸ τέλος τῆς νυκτός πληρῶμα τῆς ἡμέρας ἐστίν· ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ ἀμφοτέρων τὸ μῆκος ἡμέραν μίαν D εἰκότως ἐκάλεσεν. οὕτω μὲν οὖν, ὁ μέγας Βασιλεῖος περὶ τοῦ Μωσέως φησὶν, ἵνα τὰ πρεσβεῖα τῆς γενέσεως ἀποδῶ τῇ V. 4 20 ἡμέρᾳ, πρότερον εἶπε τὸ πέρας τῆς ἡμέρας, εἶτα τῆς νυκτός, ὡς ἐφεπομένης τῆς νυκτός τῇ ἡμέρᾳ *). ἄφες λοιπὸν τὰ τοῦ

4. τοῦ deerat. 8. καὶ] διὰ P. 9. ποιεῖται? 17. τοῦ τῶν P. *) Damasceni apud Leunclavium locus deest CFV.

diei deinde oppositum fuerit, noctis nomen acceperit, appellationem scilicet diei voce recentiorem. quapropter noctem dies praecedit. nam lux illa hinc inde diffusa colligebatur mandato dei, qui eam condiderat; collecta vero, ut Iustini philosophi Christianique testis ac eundem secuti Basilii verbis utar, nocti velut aditum quendam patefaciebat. quo fit ut spatium utriusque coniungens Moses, idque diem appellans unum, temporis mensuram quandam instituat, cum ait „facto vespere ac mane dies unus exstitit.” quamobrem animadvertito, dilecte fili, quod si caligo ea diem praecessisset, omnino Moses dierum inde mensuram facturus fuerit. confirmat haec etiam aureus orator ille noster. sunt enim haec ipsius verba oratione de sex dierum operibus tertia „cum dicit Moses, facto vespere ac mane dies unus exstitit, perspicue demonstrat, finem noctis integrum diem abolvere. nam eam ob causam utriusque spatium recte diem unum appellavit. eodem modo magnus etiam Basilius inquit Mosem, ut priores ortus partes diei tribueret, primum diei finem expressisse, deinde noctis, tanquam nocte diem sequente. quin etiam Damascenus ille Iohannes, capite decretorum suorum 20, sic de hac quaestione disserit: „prior exstitit dies, ac nox posterior. itaque nox diem sequitur, et ab initio diei noctisque numeratur.” quamobrem in hac

Ἰωσήπου · σκότους γὰρ ἐκεῖνος ὡς Ἰουδαῖος ὑπαρχων μεστός ἀναβλέψαι πρὸς τὸ φῶς οὐκ ἠθέλησεν. ἔνθεν τοι καὶ τὴν νύκτα τῆς ἡμέρας προέταξε.

Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωτὴ ἡμέρα μία. τί-
νος ἔνεκεν ἐνταῦθα εἶπεν ἡμέρα μία, καὶ οὐκ εἶπεν ἡμέρα 5
P. 5 πρώτῃ; καίτοι γε τοῦτο ἦν ἀκολουθότερον, εἶγε μετὰ ταῦτα
ἔμελλε λέγειν „καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωτὴ ἡμέρα
δευτέρα.” τῆς γὰρ δευτέρας καὶ τῆς τρίτης ἐξ ἀνάγκης πρώ-
τη κατάρχει τε καὶ προηγείται. εἶπεν οὖν ἡμέρα μία τὸ μέ- 10
τρον ἡμέρας καὶ νυκτὸς περιορίζων, καὶ συνάπτων τοῦ ἡμε-
ρονυκτίου τὸν χρόνον, ὡς τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὥρων μιᾶς
ἐκπληρουσῶν ἡμέρας διάστημα, συνυπακουμένης τῇ ἡμέρᾳ
δηλονότι καὶ τῆς νυκτὸς · καὶ γὰρ ἡ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ
αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις ἐν μιᾷ ἡμέ- 15
ρα γίνεται.

B Καὶ περὶ μὲν τῆς οὐσίας τοῦ οὐρανοῦ πλέον οὐ δεῖ πο-
λυπραγμαιοεῖν, εἶγε καὶ μᾶλλον ὁ προφήτης Ἡσαΐας ὡσεὶ κα-
πνὸν αὐτὸν στερεωθῆναί φησιν ὑπὸ Θεοῦ, τὴν φύσιν ἐντεῦ-
θεν αὐτοῦ παριστῶν, ὅτι λεπτὴ λίαν ἐστίν. ὁ δὲ Πλάτων
οὐσιοθῆναί λέγει τὸν οὐρανὸν ἐκ τῆς αὐτοειδεστέρως μοίρας 20

20. αὐτοειδεστέρως P.

parte missum mihi Iosephum facito, qui cum, ut natione Indaeus, caliginis plenus fuerit, ad lucem suspicere noluit, eaque de causa noctem ante diem numeravit.

Verum cur unum diem Moses, non primum dixit, cum ait „facto vespere ac mane dies unus exstitit?” cur, inquam, non potius dixit, dies primus exstitit? etenim hoc rationi magis consentaneum fuisset, quando secundum haec dicturus erat „factoque vespere ac mane dies alter exstitit.” quinetiam secundum et tertium diem primus necessario praecedit. nimirum diem unum dixit, mensuram diei noctisque definiens, et spatii diurni nocturnique cursum coniungens, tanquam explentibus intervallum ac tempus diei (nocte interim sub diei vocabulo comprehensa) viginti et quattuor horis. nam coeli ab uno eodemque puncto moti ad idem reversio diei unius spatio fieri consuevit.

De coeli autem essentia naturaque curiose quippiam inquiri amplius haud oportet quam quod vates Esaias dixit, coelum a deo tanquam fumum quandam stabilitum esse; quibus verbis eius natura declaratur esse admodum tenuis. Plato coeli essentiam constare tradit ex parte quattuor elementorum sive principiorum lucidiore, atque illa ipsa re caeteris a corporibus secundis differre: nam ea de parte crassiore orta esse. secutus est autem has opiniones Plato propterea quod materiem corporis expertem praexistere putaret, de qua oriri volebat elementa illa quattuor, ex quibus mundus hic universus con-

τῶν τεσσάρων στοιχείων, κὰν τούτῳ διαφέρειν τῶν λοιπῶν
 σωματίων αὐτόν· ταῦτα γὰρ ἐκ τῆς παχυτέρας μερίδος τὴν
 γένεσιν ἔσχηκεν. ταῦτα δὲ πάντως ὁ Πλάτων ἐδόξαζεν, ἐπει-
 δὴ προϋπάρχειν ᾤετο τὴν ἀσώματον ὕλην, ἀφ' ἧς ἄρα τὰ
 5 τέσσαρα στοιχεία. ἀλλ' ἐρρέτωσαν, ὡς μέγας φησὶ Μάξι- C
 μος, οἱ λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἔξ οὐκ ὄντων ἐγένετο· ἡμεῖς γὰρ
 φαμεν, ὡσπερ τῆς μεγαλοσύνης τοῦ πεποικηκότες οὐκ ἔστι
 πέρας, οὕτως οὐδὲ τῆς σοφίας αὐτοῦ καὶ δυνάμεως κατάλη-
 ψις. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἑτεροούσιον τὸν οὐρανὸν καὶ πέμπτον
 10 σῶμα καλεῖ. καλεῖ δὲ αὐτὸν ἑτεροούσιον καὶ ἄλλο τι παρὰ
 τὰ τέσσαρα, ὅτι καὶ τῆ κίνησις ἀμφοτέρων ἄλλη καὶ ἄλλη.
 τὰ μὲν γὰρ ἄνω φέρονται ὡς κοῦφα, τὰ δὲ πάλιν ὡς βαρέα
 ὄντα κάτω κέκτιται τὴν φορᾶν· ὁ δὲ οὐρανὸς κυκλικὴν ἔχει
 τὴν κίνησιν, ἐφ' ᾗ καὶ ἄλλο τι παρὰ τὰ τέσσαρα δοξάζει
 15 αὐτόν. καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. ἡμεῖς δὲ καταβάλλεσθαι ὑπ' D
 ἀλλήλων ἀφέτες αὐτούς, τῷ θεόπτῃ πεισθῶμεν Μωσεὶ λέ-
 γοντι „ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.”
 κἀντεῦθεν ἐκ τοῦ κάλλους τῶν δρωμένων τὸν ὑπέρχαλον ἐν-
 τοώμεθα, ὡσαύτως ἐκ τοῦ μεγέθους αὐτῶν ἀναλογιζώμεθα
 20 τὸν ὑπερμεγέθη καὶ ἄπειρον· κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Σολομῶν-
 τα ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ὁ γενεσιουργὸς αὐ-
 τῶν θεωρεῖται. καὶ τί χρὴ πολλὰ λέγειν; ἐκ τεσσάρων μὲν

3. ταῦτα — κατάληψις om F aliiq. 16. θεόπτῃ] αὐτόπτῃ
 Leuclavius. 22. καὶ τί — τοσαῦτα om F.

staret. verum enimvero valeant illi, ut insignis viri Maximi verbis
 utar, qui de nihilo quicquam ortum negant. nos enim profitemur
 itidem, ut maiestas et amplitudo creatoris nullis sit inclusa descri-
 ptisque terminis, ita nec sapientiam eius nec potestatem percipi posse.
 Aristoteles autem alterius cuiusdam essentiae coelum esse putat
 et quintum corpus appellat. addit esse coelum alterius essentiae, ni-
 mirum ab essentia quattuor elementorum diversae, propter illam
 causam, quod amborum motus diversi sint. nam elementa quattuor
 partim ut levia sursum feruntur, partim ut gravia sic a natura com-
 parata sunt ut deorsum motu suo vergant, cum interim coelum in
 orbem feratur. de quo sequi necesse sit ut diversum a quattuor ele-
 mentis esse quiddam statuatur. haec sunt horum opinionum. nos autem
 facta illis potestate seipso everteendi ac lapidandi, Mosis fidem ha-
 beamus, ut qui rebus ipsis ab se perspectis dixerit „initio deus coe-
 lum ac terram creavit.” adeoque deinceps ex ipsarum rerum sub ad-
 spectum cadentium pulchritudine pulcherrimum illum rerum aucto-
 rem animo complectamur, perinde ac de magnitudine creatorum eo-
 rundem conditorem ipsorum percipimus. et quid multis verbis opus

οὐν στοιχείων τὰ κρίματα συνέστησαν, πλὴν οὐκ ἐκ τῆς
 ἄσωμάτου ὕλης τὰ στοιχεῖα τὸ εἶναι εἰλήφρασι κατὰ τοὺς
 P. 6 ἔξωθεν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ πάντων δημιουργοῦ καὶ Θεοῦ· ἐν
 V. 5 τῇ πρώτῃ γὰρ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ἐξ οὐκ ὄντων παρήγαγε τὸν
 οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ὁ Θεός, τηνικαῦτα καὶ αὐτὰ συμπαρή- 5
 γαγε τὰ στοιχεῖα, ὡς ἐντεῦθεν πάντα πρὸς τὸ εἶναι παρὰ-
 σθαι. καὶ περὶ μὲν τοῦ οὐρανοῦ τοιαῦτα.

Περὶ δὲ τῆς γῆς εἰδέναι ὀφείλεις ὅτι μέσον αὕτη τοῦ
 παντὸς ἀπῆώρηται. καὶ τοῦτο γνοίης ἂν ἐκ τῆς τῶν ἄστρον
 κινήσεως. ἰσομεγέθη καὶ γὰρ σύμπαντα φαίνεται ἡμῖν ἀνα- 10
 τέλλοντα καὶ μεσουρανοῦντα καὶ δύνοντα. καὶ τοῦτό ἐστιν
 ὅπερ ὁ μέγας Βασιλεῖος ἐν τῇ περὶ φωστήρων ἑκτη αὐτοῦ
 B ὀμιλίᾳ φησί, „τῷ δὲ ἡλίῳ οὐδεὶς ἐστιν ἐγγυτάτω καὶ οὐδεὶς
 πορρωτάτω, ἀλλ' ἐξ ἴσου τοῦ διαστήματος τοῖς κατὰ πᾶν
 μέρος τῆς γῆς κατακισμένοις προσβάλλει.” πρόσεχε οὖν. εἰ 15
 γὰρ παρήλλαξεν ἡ γῆ τὴν μεσότητα, ἐχρῆν ὀποτέρῳ μὲν
 προσεχωρήκει τῶν πέραξ μερῶν, ἐκείσε τὰ ἄστρα γινόμενα
 ὀμᾶν μείζονα, ἀφ' ὧν δὲ διέστηκεν αὕτη, ἐν τούτοις ἐλάσ-
 σονα ταῦτα ἀθρεῖν. νῦν δὲ ἀπανταχόθεν ἴσα δρώμενα διδά-
 σιν ἡμῖν ἐννοεῖν ὅτι μέσον ἡ γῆ τοῦ παντὸς ἀπῆώρηται. καὶ 20
 γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰ μὴ καθάπερ εἶπομεν, ἀπῆωρημένη
 αὕτη παρήγετο κατ' ἀρχάς, οὐκ ἂν αἱ κατὰ τύπους κινήσεις

14. τοῖς] τοῦ P.

est? de quattuor quidem elementis omnia producta sunt, verum non
 ex illa materie corporis experte naturam essentialique suam elemen-
 ta acceperunt, quae extrariorum est sententia: sic tamen haec intel-
 ligantur, ut omnia rerum ab opifice profecta fateamur. nam die pri-
 mo, quo caelum ac terram de nihilo in ortum produxit, ipsa simul
 elementa condidit, ut inde porro caetera provenirent. atque hactenus
 et huiusmodi de caelo dicta sunt.

Terram scire debes in universitatis rerum medio quasi suspensam
 esse; quod ipsum licet de siderum motu cognoscas. nam ea nobis
 esse magnitudinis eiusdem videntur omnia, sive orientur sive medio
 sint in coelo sive occidant. atque hoc illud est quod magnus noster
 Basilius in oratione sexta de luminaribus ait, neminem soli proximi-
 um esse nec a sole longissime distare, sed eum intervallo pari ad
 quasvis terrae partes inhabitantes accedere. quamobrem haec velim
 tecum ipsius ante consideres. nam si medium huius universi locum
 terra non obtineret, sequi necesse foret ut ad quamcunque partem
 forte propius accederent sidera, istic maiora viderentur, a quibus
 autem longius abessent, in iis minora conspicerentur. nunc vero cum
 quibusvis ex partibus appareant aequalia, cogitandum nobis reman-
 quunt terram in universi medio pendere. nam absque illo foret, hoc

αὐτῆς ὑπ' ἀνέμων ἐγίνοντο. αἴτιος μὲν γὰρ τοῦ σεισμοῦ ὁ
 θεὸς κατὰ τὸν εἰπόντα προφήτην „ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν
 καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν,” τὸ δὲ συνεχῶς τούτου γίνεται καὶ
 παρὰ τὴν τῶν ὑπογείων ἀνέμων κίνησιν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ
 ἰσχυρότων μεγάλων σεισμῶν ἄνεμοι τῷ τότε οὐκ εἰσὶν, ὡς ἐγ-
 κλειομένων αὐτῶν ὑποκάτω κατὰ τόπους καὶ μᾶλλον ὑπάν-
 τρους.

Εἰ δὲ καὶ τί ἐστὶν ὁ ἄνεμος ἐπιζητεῖς καὶ πόθεν ἔχει
 τὴν γέγεσιν, εἰδέναι ὀφείλεις ὅτι τινὲς μὲν τὸν ἀέρα φασὶ
 10 κινούμενον τὰς τῶν ἀνέμων αὔρας παρέχειν ἡμῖν, ἕτεροι δὲ
 αἰὲν ἐκ τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως γεννᾶσθαι τὸν ἄνε-
 μον φάσκουσιν. οἷς δὴ καὶ προσέχειν σε πλέον βούλομαι. ἡ
 μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος κίνησις ἔκλυτος ὑπάρχει καὶ χαλαρὰ, ἡ δὲ
 15 τοῦ ἀνέμου βιαιότερα τε καὶ τυραννική. καὶ δῆλον ἐξ
 αὐτῶν τῶν σεισμῶν· οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν ὁ σεισμὸς εἰ
 μὴ ὑπόγειος ἄνεμος. τεσσάρων δὲ ὄντων ὡς εἰπεῖν καθολι-
 κῶν ἀνέμων, ἀπηνλιώτης μὲν καὶ ζέφυρος οὐκ εἰσὶ σφοδρό-
 20 ται, βορρᾶς δὲ καὶ νότος τυραννικώτατοι, διότι ἐν μὲν
 τῷ βορείῳ καὶ νοτίῳ πόλῳ, ὅθεν ὁ βορρᾶς καὶ ὁ νότος πνεῖ,
 25 μὴ γινόμενος ὁ ἥλιος οὐ θερμαίνει τὰ ἐκεῖσε χωρία, ἀλλὰ
 μένει ψυχρὰ, ψυχρὰ δὲ ὄντα αἰεὶ ἐνικμά εἰσιν, ὥστε ὄμβρων
 πολλῶν γενομένων διὰ τὴν ψῦξιν, εἴτα τῆς γῆς διαβροχόν

est nisi locum istum initio rerum sortita esset, non etiam per ven-
 tos certis in locis quateretur. etenim terrae motionis causa quidem
 est deus, secundum illud vatis verbum „qui terram adspicit et eam
 facit tremere:” verum plerumque ventorum subterraneorum vis acce-
 dit. propterea vehementibus in succussionibus terrae nulli sunt ven-
 ti, tanquam inclusis eis infra terram, locis praesertim cavernosis.

Quodsi etiam cognoscere vis quid sit ventus et unde oriatur,
 scito nonnullos tradere quod aër motus ventorum nobis auras prae-
 beat. alii vero de fumea quasi quadam evaporatione ventum gigni
 dicunt, quibus habere te fidem volo. nam aëris motio quietior est
 ac mollior, venti vero vehementior, maiore vi atque impetu ruentis.
 potest hoc ipsis ex motibus terrae cognosci: nihil enim aliud est
 terrae motus quam ventus subterraneus. cum autem quattuor sint (ut
 ita loquar) universales venti, subsolanus quidem ac favonius non
 admodum vehementes sunt, aquilo vero et auster impetu ac vi ma-
 xima ruunt. nam cum locis aquilonali australique polo subiectis, un-
 de tam aquilo quam auster oriuntur, solis desit praesentia, necesse
 est ea minus incalescere, semperque tum frigoris copia tum humoris
 abundare. quo fit ut propter frigiditatem exortis frequenter imbribus
 irrigataque plurimum terra copiosi fumeique vapores istuc ascendant,

γενομένης, πολλή καπνώδης ἀναθυμίασις ἀναδίδεται, καὶ διὰ
 P. 7 τοῦτο σφοδροὶ ἄνεμοι γίνονται, ὃ τε βορρᾶς καὶ ὁ νότος. ἐν
 δὲ τοῖς ἀνατολικοῖς καὶ δυτικοῖς χωρίοις κινούμενος ὁ ἥλιος
 οὐκ ἔῃ ψῦξιν γενέσθαι πολλήν, καὶ διὰ τοῦτο οὔτε πολὺς
 ὑετὸς γίνεται οὔτε πολλή ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις, ἅτε τῆς 5
 γῆς μὴ διαβροχομένης. ἐνθεν τοι καὶ οὐ σφοδροὶ γίνονται
 ἄνεμοι. ἀλλὰ καὶ ἐτήσιοι βόρειοι ἄνεμοι γίνονται μεθ' ἡμέ-
 ρας εἴκοσι τῆς θερινῆς τροπῆς, μετὰ τὴν τοῦ κυνάστρου ἐπι-
 B τολήν, τῆνικαῦτα γὰρ τῆς χιόνος λυομένης αὔραι γίνονται
 ψυχραὶ βόρειοι. καὶ τούτου χάριν οἱ διαληφθέντες ἄνεμοι 10
 τῷ καιρῷ τούτῳ καθ' ἕκαστον ἔτος ἀπάρχονται πνεῖν. καὶ
 V. 6 περὶ μὲν τούτων οὕτως· ἄνεμον δὲ παρ' Ὀμήρῳ καλούμε-
 νον θύελλαν ὁ Ἀριστοτέλης τυφῶνα καλεῖ, διὰ τὸ παχὺ εἶ-
 ναι τὸ πνεῦμα καὶ οἶονεὶ τύπτειν τῇ φωνῇ τὸ παρατυχόν. αἰ-
 τία δὲ τοῦ τοιοῦτου ἀνέμου ἀτμίς παχεῖα ἄνωθεν ἀπὸ τῶν 15
 C νεφῶν φερομένη, εἴτε κατὰ γῆς εἴτε κατὰ θαλάσσης, ἥτις
 προσπταίουσά τιμιν ἀντιτύπῳ σώματι ἀναπάλλεται εἰς τοῦπί-
 σω, ἐπεὶ δὲ τὸ ἀναπαλλόμενον κωλύεται εἰς τοῦπίσω χωρεῖν
 ὑπὸ τοῦ ὀπισθεν ἐπακολουθοῦντος, ἐπὶ τὰ πλάγια διακλάται,
 εἴτα κάκεισθε ἀντιτύπῳ συναντήσασα πάλιν διασκορπίζεται, 20
 καὶ γίνεται ἐλιξίτης συστροφή τοῦ ἀνέμου, μετεωρίζουσα
 καὶ ἀπὸ γῆς καὶ ἀπὸ θαλάσσης τὰ παρατυχόντα σώματα.

21. ἐλιξίτης?

de quibus aquilo et auster, venti longe vehementissimi gignuntur. e
 diverso cum in locis Orientalibus et Occidentalibus perpetuo sol
 moveatur, magnum istic frigus oriri non patitur. quae causa est ut tum
 frequentes ibi pluviae sunt, nec evaporationes istae sumo consimiles
 excitantur, cum ipsa etiam terra non admodum sit irrigua. unde sequi
 animadvertis non acres impetuososve ventos inde provenire. praeter-
 ea venti quidam anniversarii, quos etesias appellant, iique borea-
 les, diebus ab aestiva solis conversione viginti, sub canini sideris
 ortum existere solent. nam cum id temporis nives colliquescant, au-
 rae quaedam frigidae ac boreales efficiuntur. quae causa est ut tum
 venti, quos indicavimus, flare singulis annis incipiant. atque haec
 de his dicta sunt. caeterum ventum illum quem thyellam Homerus
 appellat, Typhonem vocat Aristoteles, (Latini turbinem), propterea
 quod flatus ipse crassus sit, quasique sono suo verberet id in quod
 incidit. eius venti causa est vapor quidam crassus, sursum e nubi-
 bus delatus, sive hoc terra fiat sive mari, qui quidem vapor in
 corpus aliquod solidum et obsistens illis retro torquetur. et quia
 per vim retro actus hic vapor cedere nequit, obsistente illico quod
 a tergo sequitur atque imminet, iccirco veluti fractus in transversum
 agitur. ubi consimili modo exceptus a corpore quopiam solido rur-

ἔθεν τοι καὶ σίφωνα τὸν τοιοῦτον ἄνεμον καλοῦσαι· κατὰ κύκλον τε γὰρ εἰλεῖται περὶ τὴν γῆν, καὶ πρὸς τὴν οἰκειάν αὐθις ἐπανακάμπτει ἀρχὴν, ὅθεν καὶ λίθους ἐφέλκεται καὶ ἰσχυρῶν ἐπισύρεται καὶ λέμβους ἀνασπᾶ, ἃ δὴ καὶ ἐν ἄλλοις 5 τύποις καταρρηγνύμενα θαῦμα τοῖς θεωμένοις ἐμποιοῦσι καὶ ἐκκληξιν. ἔ δὲ ἐκνεφίας ἄνεμος ὁμοίως σχεδὸν τῷ τυφῶνι· κλῆν ὁ τυφῶν ὀράται διὰ τὸ παχυμερεστέραν οὐσίαν ἐκ τοῦ νέφους ἐφέλκεσθαι. καὶ οὐδὰ ὑετὸς παύει αὐτόν, εἰ μὴ μόνος ὁ βορρᾶς. καὶ ταῦτα μὲν, ἀγαπητέ, κατ' ἐπιτομὴν ἐσχ-

10 δίασται διὰ σὲ πολλὰ τῶν τοιούτων ἐφιέμενον.

 νων, ὡς εἴρηται, ὑπὸ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, ἢ ἐμπεριεχο-
 μένη τούτοις ἀτμῆς ὑπὸ τοῦ κατὰ τόπους πυρῶδους ἀπασα
 ἐξικμάζεται, καὶ τούτου χάριν ὁ Νεῖλος αὔρας οὐκ ἀναδίδω-

montes longe maximi testantur, nimirum Caucasus, Parnassus, Pyrene, caeteri: nam ex eis amnes amplissimi promanant, de magnis orti fontibus. et quid hac de re prolixius disseri opus est? omnis amnium fluxionis, omnis reciprocationis, aliarumque rerum in fluviis quae motus et causas naturales habent, sol auctor est, a deo efficacitatem hanc omnigenam consecutus. ille naturali quadam vi facultateque sua et caloris abundantia humores imos commovere potest. quo fit ut verno aestivoque tempore propius ad nos accedens succum in arboribus sursum trahat, easque frugiferas reddat. eius est aestas, autumnus, hiems.

Nili incrementa per aestatem fiunt. quippe tum nubes omnes a ventis ad torridam usque zonam abiguntur, ubi vehemente copiosa-que pluvia delapsa turgescit Nilus, nec se pro flumine haberi vult amplius. nam ripas suas egreditur, et Aegyptum exundatione quasi marina quadam operit. et dulcis ille quidem est, tanquam a pluviis ortus, sed tepidus, uti cuius ab aestu sit principium. eadem de causa reliquorum amnium more nullas auras praebet. nam cum nubes, ut antea diximus, a ventis anniversariis abigantur, vapor omnis residuus ab eorum locorum aestu consumitur; quae ratio est quamobrem

σιν. εἰ δὲ, καθάπερ τινὲς φήθησαν, ἀπὸ χιόνος τηκομένης αὐξόμενος ἦν, αὐραὶ ἂν ἐκείθεν διαψιλεῖς ἀνεπέμποντο. τὸ μέντοι κατὰ τὸν Νεῖλον, ἀγαπητέ, θαύμα, καθά φησιν ὁ θεὸς Ἀναστασιος, πρὸς πίστωσιν τῆς ἀρχαίας κοσμοποιίας γίνεσθαι συνεχώρησεν ὁ θεός· τίς καὶ γὰρ ὄρων τὸν Νεῖλον καταβαλαττίζοντα τὴν Αἴγυπτον καὶ ἀδρις ἀποκαθιστάμενον, B οὐκ ἂν καὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης πίστιν λάβη καθ' ἣν εἰς μίαν συναγωγὴν τοῦ ὕδατος ἐπισυναχθέντος ἐφάνη ἡ ξηρα.

Ἄλλὰ καὶ ἐν τοῖς πλησιοχώροις αὐτοῖς τῆς ἐν Πενταπόλεως 10 τῆ βαρβαρικῇ ἀδύτοις ὕδασιν ἢ τῶν λίθων φύσις ἀνωφερῆς ἐπιφερομένη αὐτοὺς ἐκείθεν ἐλέγχει τοὺς μὴ πιστεύοντας ὅτι ἐπὶ τῶν ὑδάτων ὑπὲρ φύσιν ὁ θεὸς τὴν βαρεῖαν ταύτην γῆν ἀπῆλῶρησεν. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λεγομένοις λυτοῖς ὄρεισι τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ ὁμοῦ συνιόντα τὴν ἀδιαίρετον ἐπὶ Χριστοῦ 15 τῶν δύο φύσεων ἔνωσιν, τῆς θεότητός φημι καὶ ἀνθρωπότητος, ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσεν. ἀλλὰ πῶς ἐπὶ τούτοις τὸν ποιη- C τὴν εἰκότως ἂν τις ὑμνήσειεν; ἐπειδὴ γὰρ πολυειδῆ τυγχάνει τὰ ἐμπλέκοντα ἡμῖν νοσήματα, πολυειδῆ καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενα θερμὰ ὕδατα. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν χυνοὶ τὰ τε- 20 ταμένα τῶν νεύρων, τὰ δὲ σφίγγει καὶ τονοῖ τὰ λελυμένα· καὶ τὰ μὲν φλέγματι πολέμια, τὰ δὲ μελαίνῃ χολῇ· καὶ

14. συνιόντα P.

aurae a Nilo nullae proveniant. quodsi de quorundam opinione li-
quescentibus a nivibus augesceret, haud dubie largas eae regiones
auras ex Nilo haberent. atque hoc Nili prodigium a nobis comme-
moratum, sicut Anastasius ille noster ait, fieri vult deus, ut priscae
mundi huius creationi fides habeatur. quis enim Nilum cernens Ae-
gyptum inundantem ac rursus intra pristinas ripas suas redeuntem, non
etiam de illo die certus sit, quo coacta in collectionem unam aqua
siccum apparuit?

Quinetiam in finitimis Aegypto locis, nimirum aquis inaccessis, quae
sunt in Pentapoli barbarica, lapidum natura sursum tendens ac natans
illos coarguit homines, qui non credunt deum terram hanc ingenti
pondere gravem super aquarum naturam veluti suspendisse. itidem in
montibus qui Lycii dicuntur, aqua et ignis simul coniuncta non di-
videndam in Christo duarum naturarum unionem, divinae inquam et
humanae, nobis ostendunt. quo pacto quis opificem ob haec ex di-
gnitate celebrare possit? nam cum varii sint morbi qui nobis acci-
dunt, etiam multiplices aquae calidae de terra scaturiunt, quae iis-
dem medentur. quippe nonnullae ipsarum nervos laxant, nonnullae
constringunt et laxatos vicissim tendunt; aliae vim pituitae, aliae bi-
li nigrae contrariam habent; aliae denique praestant usum alium, id-

ἄλλα πάλιν ἄλλην χρδαίαν παρέχουσι τῇ κελεύσει τοῦ παρα-
γαγόντος αὐτά, κἄν ἡμεῖς ἀχάριστοι περὶ τὸν εὐεργέτην φαι-
νώμεθα.

- Καὶ ὅπως μὲν, ἀγαπητέ, καὶ ποῖω τρόπῳ θερμὰ κάτω-
θεν ἀνέρχονται ὕδατα, εἴρηται ἄνωθεν, ἀναγκαῖον δὲ συμ- 5
παρειλῆφθαι τῷ λόγῳ ὅπερ Πατρικίος τις ἐπίσκοπος Πρού-
σης εὔρηται λέγων περὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων· πῦρ γὰρ καὶ
V. 14 ὕδωρ ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι λέγει, ὡσαύτως καὶ ὑποκάτω τῆς
D γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ, ἀφ' ὧν ὅσπερ σίφωνες ἀναπέμπονται
πρὸς ἡμετέραν ζώην αἱ πηγαί. ὁ μὲντοι Δαμασκηνὸς Ἰω- 10
άννης περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ φησὶν ὅτι τὴν γῆν ἅπασαν οἶα τις
κυκλοῖ ποταμὸς· περὶ οὗ εἰρηκέναι μοι δοκεῖ ἡ γραφὴ ὅτι
ποταμὸς ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ Παραδείσου, πότιμον καὶ γλυ-
κὺ ὕδωρ ἔχων. οὗτος εἰς τέσσαρας ἀρχάς, τουτέστιν εἰς
τέσσαρας ποταμούς, διαιρεῖται. εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἐπιζη- 15
τεῖς δε' ἦν τὰ προσγεγόμενα ἡμῖν ὀμβριματὰ ὕδατα κατὰ το-
σοῦτον σῆπεται, καὶ ταῦτα τοῦ ἡλίου διηθούοντος τὸ λεπτό-
τατον καὶ ἀναγόντος, ἰδοὺ καὶ ταύτην σοι προστίθεμεν. πολυ-
P. 18 μιγεστάτη τῶν ὑδάτων τούτων ἡ φύσις ἐστίν· ἐκ πάντων
γὰρ τῶν ὕδατων ἀνάγει ὁ ἥλιος. ἡ τοίνυν ἀνωμαλία εὐκίνητος, 20

1. ἄλλην] ἄλλων P.

6. Προύσης — ὑδάτων] Προύσης ἀπὸ
λόγου τοῦ ἀγίου Πιονίου περὶ τῶν θερμῶν ὑδάτων διεξι-
σι F.

que de mandato ipsius earum auctoris, ut ut erga eum optime de no-
bis merentem ingrati nos simus.

Et quo quidem pacto aquae calidae de locis subterraneis scaturiant, superius est indicatum. fuerit autem operae pretium hoc loco narrationis nostrae verba quaedam inseri, quae Patricius Prusensis antistes (ex oratione sancti viri Pionii sumpta) de calidis aquis recenset. ait is ignem et aquam in coelo esse. consimiliter et sub terra tam ignem quam aquam abditam esse, de quibus fontes quasi siphones quidam ad usum vitae nostrae scaturiant. Iohannes vero Damascenus Oceanum inquit fluminis cuiusdam instar terram universam circumdare; de quo mihi etiam litterae sacrae loqui videntur (Gen. 2 10), cum amnem de paradiso exire tradunt, qui aquam dulcem ac potabilem habeat, eumque deinde quattuor in principia, hoc est quattuor fluvios dividi. quodsi etiam scire cupis quam ob causam aquae pluviae, posteaquam ad nos delapsae sunt, tantopere corrumpantur ac putrescant, sole quod in ea subtilissimum est percolante ac sursum attrahente, lubenter eam quoque tibi subiiciemus. est harum natura inter aquas caeteras maxime mista. quippe sol ex quibusvis rebus humidis aliquid sursum attrahit. haec igitur inaequalitas mobilis admodum est et ad corruptionem celeriter spectat praetera subvectorum a sole in aera humorum pars gravissima crassissimaque rursus deor-

καὶ πρὸς τινὰ φθορὰν θῦπτον ὄρα. ἔτι γε μὴν τὸ βαρύτερον τοῦ ἀναχθέντος αὔθις κατὰγεται, ἐπεὶ τὸ βαρὺ πρὸς τὸ κάταντες εἴωθε φέρεσθαι· τὸ δὲ λεπτότατον τῆς ἀναθυμιάσεως πνεύματος φύσις ἐγένετο. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

5 Τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τοὺς φωστῆρας ποιήσας ἐν αὐτῷ B
 τῷ στερεώματι ἔθετο. φωστῆρας δὲ ἀκούων μηδὲν ἕτερον ἢ
 φωτοδόχα τούτους ἀγγεῖα εἶναι νόμιζε. τὸ γὰρ φῶς ἐκεῖνο τὸ
 κατὰ γε τὴν πρώτην ἡμέραν παραχθὲν λαβὼν ὁ θεός, καὶ
 διακείμας αὐτὸ τοῖς φωστῆρασι πᾶσιν, εἰ καὶ τῷ χρυσορρή-
 10 μωνι Ἰωάννῃ τὰ περὶ τούτων οὐχ οὕτω δοκεῖ, καθάπερ λυ-
 χνοις ἐπέθηκεν ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. ὁ γὰρ θεὸς οὐ-
 ,τος ἀνὴρ ἐν τῷ εἰς τὴν ἑξαήμερον πέμπτῳ λόγῳ αὐτοῦ τοι-
 αῖσδε περὶ τούτου κέχρηται συλλαβαῖς, „ἰδὲς σοφίαν τοῦ
 δημιουργοῦ. εἶπε μόνον, καὶ παρήχθη τὸ στοιχεῖον τοῦτο
 15 τὸ θαυμαστόν, ὃ ἥλιος λέγω. τοῦτον γὰρ καλεῖ φωστῆρα
 μέγαν, καὶ φησὶν αὐτὸν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας γεγενῆσθαι. C
 οὗτος γὰρ παιδρότερον τὴν ἡμέραν ἀπεργάζεται. διὰ τοῦτο
 καὶ τῇ τετάρτῃ αὐτὸν ἐδημιούργησεν, ἵνα μὴ νομίσης τοῦτον
 συνιστᾶν τὴν ἡμέραν. ἐγένοντο μὲν γὰρ τρεῖς ἡμέραι, αἱ
 20 πρὸ τῆς τούτου δημιουργίας, ἐβουλήθη δὲ ὁ δεσπότης καὶ
 διὰ τούτου παιδρότερον τὸ φῶς τῆς ἡμέρας ἐργάσασθαι.”
 πρόσεχε, ἀγαπητέ. δοκεῖ γὰρ ἐνταῦθα ὁ θεϊότατος Ἰωάννης

sum fertur, cum ita comparatae sint res graves ut deorsum ferri so-
 leant: interim pars exhalationum tenuissima ventorum in naturam
 convertitur. ac de his quidem hactenus dictum esto.

Die quarta deus luminaria creata firmamento inseruit. cum au-
 tem appellari audis luminaria, nihil aliud cogitabis quam esse il-
 la quasi vasa quaedam et receptacula lucis. etenim sumpto deus il-
 lo lumine quod die primo condiderat, et in omnia luminaria distri-
 buto, quanquam aliud hac in parte Chrysostomo placet, quasi quas-
 dam in lucernas id collocavit, ut terram sua luce collustrarent. Chry-
 sostomus autem, vir haud dubie divinus, in oratione de sex dierum
 operibus quinta, sic ad verbum hac de re disseruit. vides sapientiam
 opificis: saltem verbum elocutus est, et admirandum hoc elementum,
 videlicet sol, in ortum productus fuit. nam illum Moses luminare
 magnum appellat, et ad diei moderationem factum ait, quippe diem
 is pulcriorem et iucundiozem nobis efficit. quae ipsa causa est quam-
 obrem deus eum die quarto condiderit, ne scilicet existimares solem
 diei auctorem esse. toti nimirum dies tres creationem solis anteces-
 serunt. ideo putabis voluisse deum per hoc elementum diei lucem
 aliquanto iucundiozem nobis reddere. quibus in verbis animadvertere
 te volo videri Iohannem hunc nostrum aliam dicere lucem, quae die

ἄλλο λέγειν εἶναι φῶς τὸ κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν παραχθὲν καὶ ἕτερον τὸ κατὰ τὴν τετάρτην, πολλῶ τοῦ προτέρου λαμ-
 D πρότερον. ἀλλ' ὁ μέγας Βασιλείος ἐν τῷ περὶ φωστῆρων
 ἔκτι λόγῳ αὐτοῦ, ἵνα μὴ λέγω τοὺς ἄλλους δούους πατέρας,
 σαφέστερον τὸν περὶ τούτου λόγον ποιῆ, καὶ φησιν „εἰ καὶ 5
 προελήφθη τοῦ φωτὸς ἡ γένεσις, πῶς ὁ ἥλιος πάλιν εἰς φαῦ-
 σιν λέγεται γεγονέναι; τότε μὲν οὖν αὐτῆ τοῦ φωτὸς ἡ φύ-
 σις παρήχθη, νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σῶμα ὄχημα εἶναι τῷ
 πρωτογόνῳ ἐκείνῳ φωτὶ παρεσκευάσται. ὡς γὰρ ἄλλο τὸ
 πῦρ καὶ ἄλλο ὁ λύχνος, τὸ μὲν τὴν τοῦ φωτίζειν δύναμιν 10
 ἔχον, τὸ δὲ παρεμφαίνειν τοῖς θεομένοις πεποιημένον, οὕτω
 καὶ τῷ καθαρῳτάτῳ ἐκείνῳ καὶ εἰλικρινεῖ καὶ αὐτῷ φωτὶ
 ὄχημα νῦν οἱ φωστῆρες κατεσκευάσθησαν.” ἀλλὰ καὶ παρα-
 P. 19 κατιῶν οὕτω κατὰ ῥῆμα διεξιῖσι. „καὶ ἔστω ὁ ἥλιος εἰς
 ἔξουσίαν τῆς ἡμέρας. πῶς οὖν ἔχει,” φησὶν, „τὴν ἔξουσίαν 15
 τῆς ἡμέρας ὁ ἥλιος; ὅτι τὸ φῶς ἐν ἑαυτῷ περιφέρων, ἔπει-
 V. 15 δάν ποτε τὸν ὄρλιζοντα ὑπεράρη, ἡμέραν παρέχει διαλύσας
 τὸ σκότος, ὥστε οὐκ ἂν τις ἀμάρτη ἡμέραν δρισάμενος εἶ-
 ναι τὸν ὑπὸ τοῦ ἡλίου πεφωτισμένον ἀέρα.” σαφῶς μὲν
 οὖν ἐναυθῆα ὁ μέγας ἔδειξεν ὅτι φωτοδόχα μόνον ἀγγεῖα, μὴ 20
 μέντοι γε δὴ καὶ φῶς κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν. παρή-
 χθησαν δὲ πάντως ἐπὶ τὸ δέξασθαι τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ πρῶτον

21. δὴ] δὲ P.

primo fuerit condita, et aliam, quae die quarto, longe priori splen-
 didiorem. Basilius autem magnus in oratione sexta de luminaribus,
 ne reliquos sanctissimos patres commemorare, dilucidius hac de re
 verbis hisce disserit. si iam ante lucis ortus praecesserat, quo pacto
 fit ut sol rursus dicatur ad lucendum factus esse? nimirum primo
 quidem die lucis ipsa natura fuit condita, nunc vero solare corpus
 instruitur, ut illius primigeniae lucis vehiculum sit. quemadmodum
 enim aliud quiddam est ignis et aliud lucerna, quorum ille quidem
 lucendi vim habet, haec vero facta est ut lucem nobis adhibeat, si
 forte quid agendum sit, sic iam (quarto scilicet die) luminaria pa-
 rantur, quae ignis illius purissimi et ab omni crassa materie secreti
 vehiculum sint. idem Basilius non multo post in hanc sententiam
 loquitur: imperium, ait Moses (Gen. 1 16), diei penes solem esto.
 et quonam pacto imperium diei sol habet? quia lucem in seipso
 circumferens, quamprimum finitorem circulum transiit, diem nobis
 praebet dissipatis tenebris. neque magnopere aberrabit qui esse diem
 definit a sole collustratum aëra. quibus in verbis eximius hic vir
 sat clare ostendit vasa quaedam quasique receptacula lucis, non lu-
 cem die quarto esse conditam. et condita sunt omnino illa, quo lucem

καὶ φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. τοῦτο δὲ πεποιήκεν ὁ θεός, ἵνα
καταμερισθῆν, ὡς φησι Θεοδώρητος, εἰς δέ γε καὶ τοὺς μι- B
κρούς καὶ μεγάλους φωστῆρας τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο φῶς αἰ-
γλήν ἐπέμπη ταῖς τῶς ζώων ὄψεσι σύμμετρον. εἰ μὴ γὰρ
5 τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὀφθαλμοὺς ἔχοντα τὰ ζῶα τὴν ὑπερβολὴν
τοῦ φωτός ἤνεγκεν. ἐπιβεβαιοῖ ταῦτα καὶ ὁ μέγας Βασιλεῖος
λέγων „καλὸς μὲν ὁ ἥλιος, τουτέστιν ὁ δίσκος ὁ ἡλιακός,
ἐν ᾧ ὡσπερ λύχνῳ τινὶ τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο ἐναπετέθη φῶς,
καλὸς δὲ καὶ διὰ τὴν συμμετρίαν αὐτοῦ· οὔτε γὰρ διὰ
10 τὴν ἐκείνου λεπτότητα τὸ πῦρ παρεξέρχεται καὶ καταφλέγει
πάντα, οὔτε διὰ τὴν αὐτοῦ παχύτητα πρὸς ἡμᾶς ἀμβλυτέραν
τὴν αὐτοῦ παραπέμπει ἐνέργειαν.”

Πρὸ μέντοι τῆς τετάρτης ἡμέρας, ἤγουν πρὸ τοῦ δη- C
μιουργηθῆναι τοὺς δίσκους, καθά φησι Ἰουστίνος ὁ φιλόσο-
15 φος καὶ μάρτυς Χριστοῦ καὶ ὁ λοιπὸς τῶν πατέρων κατάλογος,
ὄλον διόλου τῷ ἀέρι περιεχυμένον οὔτε κίνησιν ὀμαλὴν διέτρε-
χεν οὔτε τῆς ἡμέρας τὰ μέτρα διώριζεν, ἀλλὰ συσσελλόμενον
πάροδον ἐδίδου τῇ νυκτί. „καὶ ἐγένετο” γὰρ φησι „ἑσπέρα, καὶ
ἐγένετο πρῶτὴ ἡμέρα μία.” τῷ δίσκῳ δὲ τῷ ἡλιακῷ συναιρεθῆν
20 ὕστερον ἀμέμπτως τὸν δρόμον τῆς ἡμέρας ὠρῶν διὰ τοῦ σώμα-
τος ἐπιτελεῖ, κἀντεῦθεν ἀνατέλλων ὁ ἥλιος ἡμέραν ποιεῖ, δύ-
νων δὲ ὑπὸ γῆν νυκτὸς αἴτιος γίνεται. ἡ γὰρ νύξ αὕτη οὐδὲν

20. τῆς] τῶν τῆς?

illam primam recipent ac in terra lucerent, hoc autem ita fecit de-
us, quemadmodum Theodoretus tradit, ut lux illa primigenia divi-
sa in exigua pariter ac magna luminaria splendorem animantium ocu-
lis respondentem emitteret. nam absque hoc fuisset, animalia oculis
praedita ferre splendorem lucis immoderatum non potuissent. idem
magnus etiam Basilius his verbis confirmat: pulcrum sane quiddam
est ipse sol, hoc est discus ille corporis solaris, in quo veluti lu-
cerna quadam primigenia lux est collocata: verum non minus pul-
critudinis atque bonitatis in eo situm est, quod usque adeo sit mo-
deratus atque conveniens. nam neque propter subtilitatem omnia pe-
netrat et exurit ipse ignis, neque propter densitatem ad nos minus
efficacem transmittit vim suam.

Caeterum ante diem quartum, hoc est priusquam ipsi siderum
disci crearentur, quemadmodum Iustinus ille philosophus et Christi
testis ait, consentiente cum hoc reliquorum patrum coetu, lux uni-
versa passim per aëra diffusa nec motu quodam aequabili ferebatur
nec diei metas definiebat: sed quamprimum collecta fuisset, succe-
dendi sibi potestatem nocti faciebat. sic enim litterae sacrae (Gen.
1 5) loquuntur „facto vespere ac mane dies unus exstitit.” deinde
vero cum disco solari compacta cursum diei destinatum accurate per

Ἄλλο ἐστὶν ἡ σκίασμα γῆς τοῦ ἡλίου τὴν γῆν σποτρέχοντος. ὠνομάσθη δὲ νύξ τοῦτο τὸ σκότος, ἐπειδὴ καθυδόντα νύττει τὸν ἄνθρωπον καὶ οὕτω λέγει μονονουχὶ πρὸς αὐτόν „μάθε, ὡς ἄνθρωπε, ὅτι θνητὸς ὢν ὑπὸ δουλεύεις.” ὅτι δὲ κατανυγὴ ἐστὶν ἡ νύξ, καὶ ὁ προφήτης ἐδήλωσεν Δαβὶδ οὖ- 5 τως εἰπὼν „ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε.” κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ φῶς ἡδύ τε καὶ ἰλαρὸν ὃν ἡμέραν ἐκάλεσεν, ἰδιὰ τὸ ἡμεροῦν τὰ πάντα, ὡσπεροῦν καὶ τὰ χειροῦθη τῶν ζώων ἡμερα διὰ τοῦτο καλοῦνται. 10

Οὕτω μὲν ὄν ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου καὶ δύνοντος τὸ P. 20 φῶς ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸ σκότος παρέπεται, ἐναντία μὲν ἀλλήλοις, ἀναγκαῖα δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἀμφοτέρα· τὸ μὲν γὰρ πρὸς ἐργασίαν συντελεῖ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ὑποδείκνυσι τὰ δρωμένα, τὸ δὲ διαναπαύει αὐτοὺς καὶ τὸν ἐκ τῆς ἐργασίας 15 διαλύει πόνον. ἡ μὲντοι νύξ καὶ κατὰ τοῦτο χρησιμὸς τοῖς ἀνθρώποις εὐρίσκειται· μέση γὰρ καὶ αὕτη κειμένη τῶν ἡμερῶν μετρεῖσθαι τὸν χρόνον ποιεῖ. εἰ γὰρ ἀδιάδοχον ἐμμενήκει τὸ φῶς, οὐκ ἂν ἐνιαυτῶν ἐμμεμαθήκειμεν κύκλους, μία δὲ ἔδοξεν ἂν ἡμέρα πάντως εἶναι τοῦ παρόντος αἰῶνος 20 τὸ μέτρον. ὅπερ ἔξειν τὸν προσδοκώμενον αἰῶνα πιστεύομεν·

ipsum solis corpus absolvit. itaque iam sol oriens diem efficit, sub terram vero semet abdens fit causa noctis. etenim aliud nihil est nox quam umbra terrae, nimirum sole sub terram occultato iterque suum urgente. et caligo istaec appellationem noctis accepit ex eo quod hominem dormientem pungat (νύξ enim est α νύττειν) tantumque non his ad ipsum verbis utatur „scire debes, homo, te mortalem somno servire.” ac huiusmodi quandam stimulationem esse noctem, ipse Davides (Psalm. 4 5) etiam verbis his indicavit: „quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris pungimini.” sic et lucem, tanquam rem laetam atque gratam, ἡμέραν dicimus a iucunditate, quemadmodum eadem de causa cicures bestias ἡμερα ζῶα, quasi animalia grata et amabilia vocamus.

Hoc igitur pacto sole tum oriente tum occidente vel lucem vel tenebras est sequi necesse; quae quidem res duae sibi invicem adversantur, at ambae sunt hominibus utiles. lux enim ad opus faciendum homini usum non exiguum praestat, eademque res sub aspectum cadentes commonstrat: tenebrae vero mortales per quietem vicissim fovent, conceptamque de labore molestiam omnem dissipant. etiam alia in parte noctem hominibus utilem esse deprehendimus. nam cum diebus interiecta sit, temporis mensuram efficit. quippe si lux continua citra successionem ullam foret, annorum orbis atque conversiones non animadvertissemus, sed totius aevi duratio dies omnino unus esse visus fuisset, id quod futuram in aeo

τοὺς γὰρ ἀθανάτοις ἰσχυμένοις καὶ ἀδιαδόχοις τοιοῦτος καὶ ὁ αἰὼν ἀρμόττει. ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος καὶ μάλιστα ἔδει τὰ Β μέτρα τοῦ χρόνου γινώσκειν, ἵνα παραθέοντα τοῦτον ὁρῶντες V. 16 ἡμεῖς αὐτῶν ἡμῶν ἐπιμελώμεθα καὶ πρὸς ἀποδημίαν ἐτοιμασώμεθα. ὄθεν καὶ μεσολαβεῖν τὴν νύκτα πανσούφως ὁ θεὸς διετάξατο.

Καὶ οὕτω μὲν οἱ ὑποφῆται τοῦ πνεύματος περὶ τῆς δὲ ἀρχῆς τῶν ἀστέρων παραγωγῆς καὶ συστάσεως καὶ φρονοῦσι καὶ λέγουσιν. οἱ δὲ ἐπὶ κενῶς αἰεὶ ματαιάζοντες, οἱ σοφοὶ C 10 μὲν εἶναι φράσκοντες, μωραὶ-θίντες δὲ κατὰ Παῦλον εἰπεῖν, μυρίαὶ ἐπὶ τούτοις δόξαις ἑαυτοὺς ἠκδοδώκασιν. αὐτίκα γὰρ ὁ Ἀναξαγόρας τοιαύτη περὶ τῆς τῶν ἀστέρων ἐκγενολόγησε φύσεως. ἀπὸ γὰρ τῆς τοῦ παντὸς περιδινησεως πέτρας εἶπεν ἀνασπασθῆναι, καὶ τούτους ἐκπυρωθέντας καὶ ἄνω πα- 15 γέτας ἀστέρας ὀνομασθῆναι. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ Δημοκρίτης περὶ τούτου δοκεῖ. ὁ δὲ Διογένης κισσηροειδεὶς ἔφησε τούτους εἶναι, διαπνοὰς τινὰς ἔχοντας. ἀλλὰ καὶ ἐμπίπτειν εἰς τὴν γῆν τινὰς ἐξ αὐτῶν ἀπομάχεται, καὶ σβεννυμένους ἐλέγχεσθαι ὅτι λίθων ἔχουσι φύσιν. καὶ μάρτυρι χρεῖται τῷ ἐν Αἰγῶς D 20 ποταμῶς πυροειδῶς κατενεχθέντι ποτέ. ὁ δὲ Ἀναξίμανδρος ουστήματά τινὰ τοῦ ἀέρος πυρὸς ἐμπλεα, τροχοειδῶς πεπιλημένα, ἀπὸ τινῶν στομίῶν ἀφιέντα τὰς φλόγας. ὁ δὲ γε

18. καὶ deerat.

deinceps secuturo credimus. nam cum in eo futuri simus immortales et vicissitudinum expertes, aevum quoque tale nobis conveniet. at in hoc aevo maximopere cognitae nobis esse temporis mensuras oportebat, ut celeriter illud praeterlabi cernentes solliciti de nobis essemus ac nosmet ad migrandum pararemus. atque hac de causa per profecto sapienter deum noctes diebus interiecisse videmus.

Hoc modo sancti spiritus discipuli de siderum creatione atque ortu sentiunt et loquuntur. at vero vanorum dogmatum sectatores, qui sapientes se quidem praedicant, sed de Pauli (Rom. 1 22) sententia facti sunt desipientes, tantum non infinitis hac in parte dissident opinionibus. etenim Anaxagoras de natura siderum hoc modo, per profecto stolidè, disseruit. per circumagitationem universitatis rerum saxa quaedam sursum rapi dixit, eaque deinceps inflammata sursumque fixa vocari sidera. idem et Democrito visum. at Diogenes pumici consimilia tradidit esse et quasdam perspirationes habere. contendit et nonnulla ex eis in terram delabi, quorum flammis extinctis animadvertatur esse naturam siderum lapideam. hanc ad rem confirmandam testimonio delapsi quondam ad Caprae flumina (loci nomen hoc est) lapidis candentis utitur. secundum hos Anaximander sidera voluit esse compages quasdam aëreas, igne refertas, quae ro-

Ξενοφάνης τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήην πεπερωμένα νέφη ἔφησαν εἶναι, ἄλλοι δὲ μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον ἔλεγον εἶναι. Φιλόλαος δὲ ὕλοισι τούτων ἐφιλοσόφει, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθούντα δὲ πρὸς ἡμᾶς. καὶ ταῦτα μὲν οἱ σοφοὶ τὰ μάταια περὶ τῶν ἀστέρων ἐφρό- 5 νησαν φύσεως· τὸν γὰρ ποιητὴν αὐτῶν ἠγνοηκότας θεὸν αἰτίαν ἔμφρανα τῆς τῶν ὄλων γενέσεως προσεσάναι οὐ συνεχώρησαν. ἐνθεν τοι καὶ ἀποκλαιόμενος αὐτοὺς ὁ μέγας Βασιλειος κατακριθῆναι λέγει καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἐν ἡμέρᾳ τῆς P. 21 κρείσεως, ὅτι οὕτως δὲν πρὸς τὰ μάταια βλέποντες, ἐκόντες 10 πρὸς τὴν σύμθεσιν τῆς ἀληθείας ἀπετυφλώθησαν.

Ὅσα δὲ καὶ περὶ μεγέθους ἐφιλοσόφησαν τοῦ το ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, τί χρῆ καὶ λέγειν; Ἀναξίμανδρος μὲν γὰρ καὶ Ἀναξίμανης ἑπταμικροσπιπλασίονα τῆς γῆς τὸν ἥλιον ἔφησαν εἶναι, Ἀναξαγόρας δὲ Πελοποννήσου μείζονα. καὶ ἔτα- 15 ροὶ πάλιν ποδίαον τὸν τοιοῦτον ἐφρόνησαν ἥλιον. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ σελήνης διεξιόντες εὐρίσκονται. οἱ μὲν γὰρ μείζονα τῆς γῆς, οἱ δὲ πάλιν ἰσόμετρον, ἄλλοι δὲ ἐλάσσονα· καὶ ἕτεροι σπιθκιμαίαν εἶναι τὴν σελήην δισχυρίζονται, καὶ οὐκ αἰσχύνονται τῆς μὲν θαλάττης τὸ βάθος ἀγνοοῦντες, ἐν- 20 θα καὶ ὄρεα καθεῖναι δύναται, τὸ δὲ ὑπὸ γῆς ἄχρι σε-

11. σύμθεσιν? 21. μετεῖναι P.

tae in morem compactae ex oculis quibusdam flammam evomant. Xenophanes vero solem ac lunam esse nubes ignitas dixit, alii volentibus esse globum ferreum candentem vel saxum quoddam ignitum. Philolaus solem existimabat esse vitro consimilem, quod splendorem ignis mundani ad se delatum recipiat et quasi percolatum ad nos transmittat. haec sapientum illorum, vanae profecto, de natura siderum sententiae fuerunt. nam cum auctorem ipsorum deum ignorarent, minime concedebant causam quandam rationis et prudentiae participem ortui rerum esse praeficiendam. quo fit ut Basilius ille magnus eos deplorans futurum ut magis in die iudicii condemnentur quam alii dicat, quod tam acutum ad vana cernentes sponte sua veritatis in pervestigatione caecutiverint.

Iam vero quam multa iidem de magnitudine tam solis quam lunae commentati sint, quid attinet commemorare? Anaximander et Anaximenes solem terra vicies ac septies maiorem esse dixerunt, Anaxagoras maiorem Peloponneso: alii cum pedis unius ipsi longitudinem haberent, tantum etiam solem esse voluerunt. eadem de luna quoque tradita reperiuntur. fuerunt enim nonnulli qui eam terra maiorem facerent, cum alii parem utriusque magnitudinem statuerent, alii terra minorem, alii palmarem solum esse confirmarent. adeoque non veritum est eos profunditatem maris ignorantēs, quae tamen

λήτης ἀκαίθην ἄχρισ ἡλίου διάστημα εἶδέναι φιλοτιμούμενοι.

Καὶ οἱ μὲν διαληφθέντες ἄνωθεν ἄνδρες περὶ παραγωγῆς ὁμοῦ καὶ μεγέθους τῶν δύο φωστήρων οὕτως διειλήφασιν· ὁ δὲ τὰ θεῖα σοφὸς καὶ μέγας Βασιλεῖος εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μεγέθους αὐτῶν καὶ τὰδε προστίθησιν. ἀπείρων ὄντων τῷ πλήθει τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων, τὸ παρ' αὐτῶν συνε- C
ραυζόμενον φῶς οὐκ ἐξαρκεῖ διαλύσαι τῆς νυκτὸς τὴν κατήφειαν. μόνος δὲ ὁ ἥλιος ὑπερφανὴς τοῦ ὀρίζοντος, μᾶλλον 10 δὲ ἔτι καὶ προσδοκώμενος, ἠφάνισε μὲν τὸ σκότος, ὑπερηύγασε δὲ τοὺς ἀστέρας, καὶ πεπηγότα τέως καὶ συμπειλημέ-
ρον τὸν περὶ γῆν ἀέρα κατέτηξέ τε καὶ διέχεεν, ὅθεν καὶ ἀνε- V. 17
μοι ἔωθινοὶ καὶ δρόσοι ἐν αἰθρίᾳ τὴν γῆν περιρρέουσι. τοσαύτην δὲ οὖσαν τὴν γῆν πῶς ἂν ἠδυνήθη ἐν μιᾷ καιροῦ 15 ῥοπή τὴν πᾶσαν καταφασίλειν, εἰ μὴ ἀπὸ μεγάλου τοῦ κύ-
κλου κατέπεμπε τὴν αὐγὴν;

Οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῆς σελήνης ἔστιν ἰδεῖν. μέγα γὰρ D
καὶ τὸ σῶμα τὸ τῆς σελήνης, καὶ φανότατόν γε μετὰ τὸν ἥλιον. ἐπὶ γὰρ τούτων καὶ ἡ ἁγία ἔφη γραφή „καὶ ἐποίησεν 20 ὁ θεὸς τοὺς φωστῆρας τοὺς μεγάλους.“ μεγάλους δὲ εἶπεν αὐ-
τοὺς οὐκ ἐπειδὴ μείζους τῶν μικροτέρων ἀστέρων εἰσίν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοσοῦτοι τὴν περιγραφὴν ὥστε ἐξαρκεῖν τὴν ἀπ' αὐ-

19. τούτῳ P.

deiecta nautica linea explorari potest, intervallum quod est inter lunam et terram ac vicissim inter solem ac lunam cognitum esse sibi singulari cum ambitione profiteri.

Et hactenus quidem de ortu magnitudineque horum siderum, quae fuerint illorum quos diximus opiniones, indicavimus. caeterum peritissimus ille rerum sacrarum eximiusque vir Basilius ad demonstrationem magnitudinis eorum hoc etiam adiecit. quanquam infinita prope numero sint in coelo sidera, tamen omnis illorum lux in unum quasi collecta non satis est efficax ad tristitiam noctis dissipandam, cum sol unicus supra circulum illum finitorem conspectus congelatum quasi que spissatum ante id aëra terrae vicinum liquare possit ac dissipare. hinc fit ut ventos matutinos habeamus, et sereno coelo rores terram perfundant. tantae vero magnitudinis terram quo pacto sol universam uno temporis momento collustrare posset, si non ab ingenti quodam orbe splendor ipsius promanaret?

Idem in luna quoque videre est. nam magnum illius corpus est, ac secundum solem splendidissimum. etenim ad hanc quoque referri debet, quod in sacris litteris (Gen. 1 16) dicitur „creavit deus luminaria magna.“ quibus in verbis magna dicuntur non eorum ad sidera minorā comparatione instituta, sed quia tanta sunt amplitudine, ut

τῶν χειμῶν ἀγῆν καὶ οὐρανὸν περιλάμπειν καὶ τὸν ἀέρα, καὶ ὁμοῦ τε τῇ γῆ πάσῃ καὶ τῇ θαλάσῃ συμπαρεκτείνεσθαι. μὴ οὖν ἀπατάτω σε τουτὶ φαινόμενον, μηδὲ πηχυαῖον αὐτὸν εἶναι νόμιζε· ἡ γὰρ ὄψις ἡμῶν ἐνδαπανηθεῖσα τῷ ἀέρι
 P. 22 κἀντεῦθεν ἐξίτηλος γεγонуῖα πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῶν 5 ὄρωμένων οὐκ ἐξαρκεῖ. κατ' ἐκπληξιν λοιπὸν καὶ κατὰ σύγκρισιν μέγαν ἐκάλεσε τὸν ἥλιον ἡ γραφή. ὄρα γὰρ ὅτι καὶ τὰ κῆτη τὰ μεγάλα μεγάλα εἶπεν ἡ γραφή οὐχ ὅτι καρίδος καὶ μαινίδος μελζονά εἰσιν, ἀλλ' ὅτι μεγίστοις εἰκάσιν ὄρεσι τῆς θαλάττης πολλάκις ὑπερηχόμενα. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς 10 φωστῆρας τοὺς μεγάλους. καὶ πῶς γὰρ οὐ μέγας ὁ ἥλιος, εἶγε καὶ τῆς γῆς αὐτῆς πολλαπλασίων ἴστί; καὶ γὰρ εἰ μὴ τοῦτο ἐτύγγανεν, οὐκ ἂν ὑπερφανεῖς τοῦ ὀρίζοντος τῇ οικείᾳ τηρικαῦτα δυνάμει συμπεριείληφε ξύμπαντα.

B Μέγα μὲν, ὡς προεῖρηται, καὶ τὸ τῆς σελήνης σῶμα, 15 καὶ φανότατόν γε μετὰ τὸν ἥλιον. εἰ γὰρ καὶ μὴ διόλου τὸ φῶς αὐτῆς ἀμετακίνητον μένει, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀρρήτου σοφίας τοῦ δημιουργοῦ πάντων, ὥστε τῷ κατὰ τὴν σελήνην θεάματι παιδεύεσθαι ἡμᾶς τὰ ἡμέτερα δὲ καὶ τῆς ταχείας τῶν ἀνθρωπίνων περιτροπῆς ἐντεῦθεν εἰς ἔννοιαν ἔρχεσθαι. 20 οἶμαι δὲ καὶ τῇ τῶν ζώων κατασκευῇ καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἀπὸ γῆς φυομένοις μὴ μικρὰν ὑπάρχειν ἐκ τῆς κατὰ τὴν

profectus ab iis splendor coelum ipsum collustrare possit et aëra, simulque semet ad terram ac mare totum porrigere. quapropter cave ne persuasionem de hoc sidere falsam sequaris, nec magnitudinem eius esse cubitale existimes. etenim adspectus noster in aëre velut absumptus ac deminutus ad comprehensionem illorum, quae supra nos conspicimus, haudquaquam sufficit. itaque litterae sacrae solem magnum appellant ex admiratione quadam ac stupore, non comparationis alicuius ratione. nam et cetos sive balaenas eadem magnas vocant, non quod vel squilla vel halece maiores sint, sed quod montibus etiam maximis sint consimiles, cum in superficie maris nant. creavit ergo deus luminaria magna. et quo pacto sol non magnus sit, si quidem eum multis terra partibus esse maiorem constat? nam absque illo foret, non supra circulum finitorem conspectus vi sua cuncta complecteretur.

Itidem ut modo indicabamus, lunae quoque corpus ingens est ac secundum solem lucidissimum. nam quod lux eius non prorsus immobilis est, id vero ad sapientiam illam rerum opificis ineffabilem referri debet. adeoque lunam inspectantes de rerum nostrarum statu et conditione nos erudiri sciamus, ut hinc moniti de celeri rerum humanarum everitione cogitemus. quanquam praeterea non parum prodesse mutationem illam lunae tam ipsis animantibus quam caete-

σελήνην μεταβολῆς τὴν συντέλειαν· ἄλλως γὰρ διατίθεται C
 μειουμένης αὐτῆς καὶ ἄλλως αὐξομένης τὰ σώματα, νῦν μὲν
 ληγούσης ἀραιὰ γινόμενα καὶ κενά, νῦν δὲ αὐξομένης καὶ
 πρὸς τὸ πλήρες ἐπαγομένης καὶ αὐτὰ πάλιν ἀναπληρούμενα,
 5 διότι ὑγρότητα τινα θερμότητι κεκραμένην ἐπὶ τὸ βάθος φθά-
 ρουσα λεληθότως ἐνίησι. δηλοῦσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ καθεύδον-
 τες τῆς ὑπὸ σελήνης ὑγρότητός περισσῆς τὰς τῆς κεφαλῆς
 εὐρυχωρίας πληρούμενοι, ἔτι δὲ τὰ νεοσφαγῆ τῶν κρεῶν τῇ
 προσβολῇ τῆς σελήνης ταχέως τρεπόμενα. κατὰ τοῦτο καὶ ἐφ'
 10 ἄρματος αὐτὴν καὶ δύο ταύρων καθίζουσιν ὡς κυκλοῦσαν τὸν
 κόσμον καὶ ἀροτριῶσαν καὶ σπείρουσαν, ὑγραίνουσαν τε καὶ
 θερμαίνουσαν. ταῦτα δὲ πάντα οὐκ ἂν ἐξήρακες τῇ ἑαυτῆς D
 ἀλλοιώσει συμμεθιστῶν, εἰ μὴ γε κατὰ τὴν τῆς γραφῆς μαρ-
 τυρίαν ὑπερφύης τις ἐτύχωνε τῇ δυνάμει τε ὑπερέχουσα. οὐ-
 15 τω μὲν οὖν ἐκ τῆς αἰτίας ταύτης καὶ τὰ κατὰ τὸν ἄερα πάθη
 συνίστανται, ὡς μαρτυροῦσιν ἡμῖν αἱ κατὰ τὴν νοσηνίαν
 πολλάκις ἀπὸ γαλήνης καὶ νηνεμίας ἀφνίδιοι ταραχαὶ τῶν νε-
 φῶν κλονουμένων καὶ συμπιπτόντων ἀλλήλοις, αἱ περὶ τοὺς V. 18
 εὐρίπους τε παλίρροιοι, καὶ ἡ περὶ τὸν λεγόμενον Ὠκεανὸν
 20 ἄμπωσις, ἣν ταῖς περιόδοις τῆς σελήνης τεταγμένως ἐπομένην

ris e terra nascentibus rebus equidem arbitror. nam aliter adfecta
 sunt corpora luna deminuta quam esse soleant eadem augescente.
 quippe cum deficit ac imminuitur, laxa sunt atque vacua: cum au-
 gescit et ad plenitudinem suam properat, corpora quoque rursus
 repleri videmus; idque propterea quod humorem quandam cum calore
 temperatum et ad ima usque pertinentem quasi tacite corporibus
 immittat. animadverti hoc de iis quoque potest, qui ad lunam dor-
 mientes superfluo humore capitis capacitatem omnem repleri senti-
 unt itidem carnes recens mactatorum animalium ad lunam expositae
 et ab eius radiis attactae cito mutantur ac putrescunt. ea de causa
 lunam in curru, duobus tauris adiunctis, collocant, tanquam mun-
 dum hunc ambientem, arantem, sementem in eo facientem, hume-
 ctantem atque calfacientem. haec omnia vero per immutationem il-
 lam corporis sui perficere nequaquam posset, si non eximiae cuius-
 dam magnitudinis singulari cum vi et efficacitate coniunctae, quem-
 admodum et litterae sacrae testantur, esset. atque hac sane de cau-
 sa videmus et aëris adfectiones certas existere, quemadmodum de-
 clarant exortae saepenumero novilunii tempore de summa tranquillitate,
 ventorum omnium experte, perturbationes aëris repentinae,
 nubibus inter se collisis quasique configentibus. declarant et fluxus
 ac refluxus aquarum in euripis, illaque ipsa quae fit in Oceano (quem
 vocant) maris reciprocatio, quam quidem homines littoribus marinis
 finitimi per statas vices lunae circuitus sequi deprehenderunt. hacte-

P. 23 ἔξευρον οἱ προσοικοῦντες. ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὁ μέγας δια-
λαμβάνει Βασίλειος, ἀποδείξει δέλων τῶν φωστήρων τούτων
τὸ μέγεθος.

Σὺ δέ, ἀγαπητέ, πρὸς τοὺς εἰρημένους τοῦτο γίνωσκα ὅτι
πάντες μὲν οἱ λοιποὶ ἀστέρες ἴδιον ἔχουσι φῶς, ἐκεῖνο δη- 5
λαδὴ τὸ πρῶτως καταμερισθὲν καὶ δοθὲν αὐτοῖς, μόνῃ δὲ ἡ
σελήνῃ φῶς οὐ κέκτηται ἴδιον. εἰ γὰρ καὶ λέγουσι τινες
ἀμυδρὸν καὶ ταύτην κεκτῆσθαι φῶς, ἀλλ' αἱ ἀνξομειώσεις
πάντως αὐτῆς, ἐν αἷς μηνοειδῆς ὄραται καὶ πλησιφαῆς καὶ
ἀμφίκυρτος, ἐξ ἡλίου ταύτην προσγίνονται κατὰ τὴν ποσιν 10
αὐτῶν συμπλοκῆν καὶ διάστασιν. μάνθανε οὖν ὅτι φῶς ἀλ-
βλότριον ἢ σελήνῃ ἐνδύεται, καὶ ὅτι τὸ μέρος ἐκεῖνο παρ' ἡλί-
ου φωτίζεται ὁ πρὸς αὐτὸν νέεσκε, δηλονότι τὸν ἥλιον. καὶ
δῆλον ἐκ τῆς ἐμπιπτούσης ἡμῖν ἡλιακῆς ἀκτίνος. ἐνίοτε γὰρ
ἐτέρως καὶ ἄλλοτε ἄλλως ὑπ' αὐτῆς ἀναγαζόμεθα, κατὰ τὴν 15
τοῦ ἡλίου πάντως θέσιν καὶ κίνησιν. εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν
τῆς συνόδου καιρὸν τὸ πρὸς ἡμᾶς τοῦ σεληναίου σώματος
μέρος πάντῃ καθορᾶται ἀφώτιστον, ἀλλὰ τὸ ἀνώτερον ἐκεῖ-
νο καὶ νεῦον πρὸς ἥλιον ἐν τῷ τῆς συνόδου καιρῷ κατ' ἐκεῖνο
τὸ μέρος δέχεται καὶ τὸ φῶς καθ' ὃ πρὸς ἥλιον ἀφορᾷ. οὐ- 20
Cτω μὲν οὖν καὶ ἐν ταῖς πανσελήνοις ἔστιν ἰδεῖν· ὀλόλαμπῆ
γὰρ τὴν σελήνῃν τηρικαῦτα ὀρωμέν ἄτε τὰς ἡλιακὰς ἐκ δια-

17. τῆς deorat.

nus quae de his magnus ille Basilius complexus est, dum horum lu-
minarium magnitudinem demonstrare nititur.

Debes autem, dilecte fili, praeter iam indicata illud etiam ani-
madvertere, caetera quidem universa sidera suum ac peculiare quod-
dam habere lumen, ab initio scilicet eis distributum atque datum,
lunam vero lumine proprio destitui. quanquam enim nonnulli tradant
ipsam quoque lumen obscurum habere, tamen existimandum est omnino
lucis incrementa, quibus fit ut vel in cornua falcata vel pleno resplen-
dens lumine vel dimidiata maior conspiciatur, in ea per solem effici,
prout inter se congregiantur aut disiunguntur. lunam igitur lucem
alienam velut induere scias, eamque partem ipsius a sole collustrari quae
soli obversa est. potest hoc ex ipsis ad nos delabentibus radiis solis
animadverti. nam aliter atque aliter pro diverso tam situ quam motu solis
ab eis nos quoque collustramur. quodsi maxime in horum siderum
coitu nobis obversa corporis lunaris pars omnino lucis expers conspi-
citur, nihilominus eiusdem pars superior solemque spectans hoc ipso
tempore lumen illius recipit, qua soli scilicet est obversa. licet hoc
et in pleniluniis deprehendere: quippe lunam id temporis toto cor-
pore suo lucentem conspiciamus, uti quae ex adverso collocati solis

μέτρον δεχομένην ἀνάγας, ὡς ἐπιτεῦθεν τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ δόκου, τὸ ἀφανὲς δηλονότι καὶ ὀπισθεν, κατανοεῖσθαι ἀφώτιστον.

ἽΟτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ ὅτι ἐξ ἡλίου τὸ φῶς ἢ 5σελήνῃ δανεῖται, σαφῶς ἄρα τοῦτο μάθῃ τις ἂν ἐξ αὐτῶν τῶν τῆς σελήνης ἐκλείψεων. καὶ πῶς ἄκουε. κατὰ διάμετρον οἱ φωστῆρες ἐστήκασιν, μεταξὺ δὲ τούτων αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς γῆς ἀπηώρηται. αἱ ἡλιακαὶ τοίνυν ἀκτίνες ὁρμῶσι μὲν ὡς 10ἔθος διαβιβασθῆναι καὶ τῷ σεληναίῳ δίσκῳ χορηγήσαι τὴν Δ ἑλλάμψιν, οὗ φθάνουσι δὲ ὅμως ἐκεῖσε καταλαβεῖν ἅτε δὴ μεσολαβοῦντός πως καὶ ἀντιφράττοντος τοῦ τῆς γῆς, ὡς εἰπομεν, σώματος. καὶ μὴ μοι λέγε ὡς εἶγες ταῦτα τοῦτον 15ἔχει τὸν τρόπον, ἵνα τί μὴ καθ' ἕκαστον διάμετρον ἢ τῆς σελήνης ἔκλειψις γίνεται; οὐδὲ γὰρ ἐπιτηδείως ἔχω περὶ τοῦ 15του κατὰ τὸ παρὸν ἀποκρίνεσθαι σοι· καὶ τούτου ἔνεκεν σύγγνωθι. οἱ γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα ἡσχολημένοι συνδέσμους τινὰς ἐκλειπτικῶς οὕτω καλουμένους ἐν ταῖς συνοδοπανσελήνοις ἐξ ἀνάγκης προσγίνεσθαι. οὐδὲ γὰρ τὸ σῶμα μόνον εἴτε 20σελήνης, ὡς ἐπὶ τοῦ ἡλίου, εἴτε τῆς γῆς, ὡς ἐπὶ τῆς 20σελήνης, ἀντιφραξίην ποιῆσαι δύναται, εἰ μὴ που καὶ σύν- P. 24 δεσμός τις ἐκλειπτικῶς ἐκεῖσε εὔρεθειή, ὡς ἄγονται.

20. δύναται P. 21. ἄγονται] ἤγεται?'

radios excipit; qua de causa pars globi eius reliqua, sub adspectum nostrum haud cadens, nimirum posterior, esse lucis expers intelligitur.

Haec ita se habere, lunamque adeo lucem a sole quasi commo- dato capere, de ipsis lunae defectibus animadvertere quis potest. id autem qui fiat, accipe. sunt id temporis haec luminaria sibi ex ad- verso rectam ad lineam opposita, terraeque corpus inter ea medio quasi loco pendet. itaque radii solares pro more suo penetrare qui- dem illi conantur lunaeque globo splendorem impertiri: verum mini- me ad illum pertingere possunt propter interiectum, ceu diximus, terrae corpus, quod iter ipsis obstruit. nec obficere nobis hoc loco debes, quamobrem non fiat, siquidem ita res comparata sit, lunae defectus in qualibet ad rectam lineam oppositione. nam hoc loco non satis idonee responderi ad id potest, quod ipsum aequi bonique fa- cies. etenim homines in hisce disciplinis exercitati tradunt nodos quosdam eclipticos (sic enim appellant) in congressibus, qui plenilu- ni tempore fiunt, nonnunquam permisceri, eoque modo solis ac lu- nae defectus necessario accidere. nec enim solum corpus sive solis si- ve lunae oppositionem hanc efficere potest, si non ibidem quoque nodus quidam eclipticus reperiat, uti iam indicavimus.

Καὶ κυρίως ἐκλείψις ἐπ' αὐτῆς ἂν λέγοιτο τῆς σελήνης· ὅτι γὰρ φῶς ἡλιακὸν ἀμφιέγγυται, τοῦτο πάλιν δι' ἦν αἰτίαν εἶπομεν, ἀπεκδύεται. ἐπὶ δὲ τοῦ ἡλίου οὐκ ἐκλείψιν ἀλλ' ἐπισκότωσιν λέγειν ἐμάθομεν. οὐδὲ γὰρ τὸ ἡλιακὸν ἐκλείψει ποτὲ φῶς· ἀλλ' ὑποτρέχοντος ἐν τῷ τῆς συνόδου καιρῷ τοῦ 5 σώματος τοῦ σεληναίου οἷα περιγειοτέρου τυγχάνοντος, καὶ οὕτω ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτίσιν ἐπιπροσθοῦντος, ὃ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν ἀπὸ ζόφου τηλικαῦτα καθυποβάλλεται, ὅτε δὴ μὴ βαλ-
B λομένων αὐτῶν κάτωθεν καὶ φωτιζουσῶν τὸ περιγίγιον.

V. 19 Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς μετὰ τῶν ἄλλων μαθεῖν, πῶς ἡ 10 σελήνη μόνη καὶ τίνι τρόπῳ μὴ σχοῦσα φῶς ἀρχήθεν ἴδιον ἐξ ἡλίου τοῦτο δανεῖζεται, εἰδέναι ὀφείλεις ὡς οὐκ ἀπορῶν ἑτέρου φωτός ὃ δημιουργὸς καὶ κτίστης πάντων Θεὸς τὴν καινοτομίαν ταύτην εἰσηγεκεν, ἀλλ' ἵνα ἑυθμός καὶ τάξις ἐντεθῇ τῇ κτίσει, κατὰ γὰρ τὸν Λαμασκηρὸν Ἰωάννην, ἄρχον- 15 τος καὶ ἀρχομένου, καὶ ἵνα παιδευθῶμεν ἐκ τούτου καὶ ἡμεῖς κοινωνεῖν ἀλλήλοις καὶ μεταδιδόναι, ἀνακρίνειν τε τῶν γινομένων μηδέν, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι καλῶς ὑποτάσσεσθαι.

C Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἕτερον ἡμῖν ὑπεμφαίνει παράδοξον ἡ σελήνη ἐκλείπουσα, ὡς ὃ θειότατός φησιν Ἀναστάσιος· 20 καθάπερ γὰρ αὕτη ζόφῳ καθυποπίπτει μεσολαβούσης τῆς γῆς

Et proprie luna deficere dicitur: qua enim luce solari vestita est, ea de causa commemorata rursus exuitur atque spoliatur. in sole non defectum, sed obscurationem appellare didicimus. nec enim lux solaris unquam deficit: sed quia coitus horum siderum tempore lunare corpus, quod terrae vicinius est, medio se interiicit loco radiisque solaribus officit, aër ille supra nos caligine quadam involvitur, non demissis ad nos ullis radiis, qui terrae proxima luce sua collustrarent.

Quodsi etiam cognoscere cupis inter alia, qui fiat ut luna sola primo in rerum exordio lucem nullam propriam consecuta commo- dato eam a sole capiat, scire debes non hoc propterea novo quasi quodam more factum divinitus, quod opifex et creator ille universitatis huius aliam lucem nullam haberet, sed tum uti concinnitas et ordo quidam creatis inderetur, quemadmodum Damascenus ille Iohannes ait, qui ordo inter superiorem et inferiorem consisteret, tum uti nos etiam erudiremur debere nos invicem alios cum aliis nostra communicare, nec quicquam eorum quae fiunt scrupulose perquirere, sed in omnibus praecclare nosmet summittere.

Praeterea quiddam aliud quoque novum nobis luna deficiens indicat, quemadmodum vir divinus Anastasius tradit. quemadmodum enim a tenebris illa occupatur ob interiectam terram, quae ab ea radios solares avertit, sic etiam ecclesia peccato interveniente tenebris

- κατεῦθεν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἀποστρεφούσης, οὕτω καὶ ἡ ἐκκλησία μεσολαβούσης τῆς ἀμαρτίας σκότους ἐμπύλαται κατ' ἀποτροφήν πάντως τοῦ νοητοῦ ἡλίου. καλῶς οὖν ἔλεγε καὶ ὁ μακάριος Παῦλος „πάντα εἰς Χριστὸν προτετύπωται.” ὅτι δὲ ἡ σελήνη αὕτη τῆς ἐκκλησίας εἰκόνα φέρει, ὡσαύτως ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἡλῖος τοῦ νοητοῦ ἡλίου, αὐτοῦ δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ προφήτου Ἀβακούμ ἄκουε λέγον- D τος „ἐπήρθη ὁ ἡλῖος, καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς.” κατὰ γὰρ τὸν τὰ τοιαῦτα ἐξηγούμενον μέγαν Κύριλλον ἡ 10 ἐκκλησία πρότερον ἐν ἀταξίᾳ ἐτύγγανεν ἄτε τοῖς δαιμονίοις λατρεύουσα, ὕστερον δὲ τοῦ νοητοῦ ἡλίου ἐπαρθέντος ἐν τῷ σταυρῷ ἐν εὐταξίᾳ γέγονε πρὸς αὐτὸν ἐπιστραφεῖσα τὸν κύριον. καὶ τοῦτο δεδήλωκεν αὐτὸς ὁ Χριστὸς οὕτως εἰπὼν „ὅταν ὑψωθῶ, τότε πάντας ἐκλύσω πρὸς ἐμαυτόν.”
- 15 Γίνωσκε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι καὶ διὰ ταῦτα μὲν ἐκλείπειν ὁ ἡλῖος καὶ ἡ σελήνη συγκεχώρηται, οὐ τοσοῦτον δὲ ὅσον τῆν τῶν προσκυνούντων αὐτὰ διελέγεσθαι ἄνοιαν, κἀντεῦθεν παιδεύεσθαι ὅτι τρεπτὰ ταῦτα καὶ ἀλλοιωτόν. πᾶν δὲ P. 25 τρεπτόν οὐ θεός.
- 20 Καὶ τοιαῦτα μὲν οἱ ἀστέρες ἐκ τῶν ἐν αὐτοῖς συμπιπτόντων διδάσκουσι τοὺς λόγου μετέχοντας. κατὰ τοῦτο καὶ ὁ θεόπτης ἔλεγε Μωσῆς „καὶ ἔθετο ταῦτα εἰς σημεῖα καὶ εἰς κειροὺς καὶ ἡμέρας καὶ εἰς ἐνιαυτούς.” διὰ γὰρ αὐτῶν τοι-

involvitur propter aversionem solis illius intellectilis. iccirco praeclare dictum a Paulo (1 Cor. 10 11) Christi figuras omnia repraesentare. lunam quidem ecclesiae referre imaginem, et consimiliter solem hunc sensilem solis illius intellectilis qui Christus est, de vatis Abacumi (3 11) „verbis intelligas licet, qui ait „sol elevatus est, et luna stetit in ordine locoque suo.” nam ecclesia, quemadmodum interpret horum verborum magnus ille Cyrillus inquit, prius erat in confusione, cum malos genios coleret. verum ubi deinceps intellectilis ille sol in crucem elevatus est, suum in ordinem rediit, ad dominum conversa. significare voluit hoc ipse Christus (Ioh. 12 32), cum diceret „cum sublati fueri, tunc omnes ad me traham.”

Et animadvertito, dilecte fili, non tam propterea quae diximus, permittere deum ut sol atque luna deficiant, quam ut haec sidera religiose colentium amentiam coarguat, et nos erudiat ut esse omnia mutationibus obnoxia sciamus. quicquid autem mutationibus obnoxium est, numen esse nequit.

Huiusmodi quaedam per ea quae sideribus accidunt, homines rationis compotes docentur. iccirco spectator ille dei Moses (Gen. 1 14) inquit „constituit ea in signa tempora, dies, annos.” prout enim

ᾧνδε ἢ τοιῶνδε τοῖς χρώμασιν ἀνατελλόντων τὴν τε χειμερινὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν καὶ τὴν εὐδαιρινὴν σημειούμεθα. δι' αὐτῶν αἱ τροπαί, δι' αὐτῶν οἱ καιροί, ἕαρ δηλαδή, θέρος, μετόπωρον καὶ χειμῶν· ὁ γὰρ ἥλιος τὸν ζωδιακὸν ἡρέμα διοδεύων κύκλον, καὶ ποτὲ μὲν τῷ καρκίνῳ παραγεγόμενος ποτὲ δὲ τῷ ζυγῷ 5
 B καὶ ἄλλοτε πάλιν ἐν τῷ αἰγοκέρωτι, τὰς διαληφθείσας τέσσαρας εἰσφέρει τροπάς. δι' αὐτῶν αἱ ἡμέραι, δι' αὐτῶν οἱ ἐνιαυτοί. τῷ γὰρ οὐρανῷ συμπεριφερόμενος ὁ ἥλιος ποιεῖ τὸ νυχθήμερον, ἰδίᾳ δὲ τὴν ἑαυτοῦ ποιούμενος δίοδον καὶ ἀπὸ ζωδίου μεταβαίνων εἰς ζώδιον τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῖ· 10
 ἐνιαυτὸς γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἀλλ' ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐνὸς σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατάστασις. ταῦτα δὲ πάντως οὐκ ἄξιον ἀγνοεῖν τοὺς πιστοὺς. ἐντεῦθεν γὰρ ἡ ἀρρητος τοῦ Θεοῦ σοφία καταλαμβάνεται καὶ δύναμις· τὰ γὰρ C ἀόρατα αὐτοῦ, καθά φησι Παῦλος, ἀπὸ κτίσεως κόσμου 15
 V. 20 τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. ταύτη τοι καὶ κατακρίτους ἐκείνους ὁ μέγας φησὶ Μάξιμος, ὅσοι διὰ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας οὐ χειραγωγεῖν ἐθέλουσι καὶ ἑαυτούς.

Ἔθετο ταῦτα εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς. τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ κἀνταῦθα προσέχειν σε ἄξιον. ἐν γὰρ τῇ εἰς τὴν 20 ἑξαήμερον ἕκτη αὐτοῦ ὁμιλίᾳ περὶ τῆς τῶν ἀστέρων παρατηρήσεως καὶ τάδε φησίν. ἀναγκαῖα πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον

5. παραγινόμενος?

vel hoc vel illo modo colorata oriuntur, aut turbidam aut serenam aëris constitutionem fore notamus. per ea conversiones anni temporum ipsaque tempora efficiuntur, nimirum ver aestas autumnus hiems. etenim sol circulum illum quem Zodiacum vocant sensim percurrens, dum modo in Cancro fertur modo in Libra modo in Capricorno, vires illas anni temporum quattuor indicatas efficit. per eadem et dies efficiuntur et anni. nam una cum coelo sol circumvectus nocturnum diurnumque spatium absolvit. idem itinere suo peculiariter absoluto, deque signo ad signum commeans, anni spatium perficit: annus enim aliud nihil est quam ab uno eodemque signo ad illud ipsum solis reversio. haec omnino religiosi hominibus ignota esse non debent. nam de his sapientia potestasque dei, quae oratione nemini exponi potest, percipitur. etenim quae sunt eius inadspectabilia, quemadmodum Paulus (Rom. 1 10) ait, ea de mundi creatione, dum considerantur per opera, perspiciuntur. propterea damnabiles illos ait esse Maximus, quicumque per cognitionem universitatis rerum ad causam ipsius universitatis sese quasi manuducere nolunt.

Cum autem dici audis „constituit ea in signa et tempora,” simul adverte quid a Basilio tradatur. nam in concione de sex dierum operibus numero sexta huiusmodi quaedam de siderum observatione

ἀπὸ τῶν φωστήρων παρασημείωσις, ἐὰν μὴ τις πέρα τοῦ μέ-
 τρου ἔξ αὐτῶν σημεῖα περιεργάζεται. πολλὰ μὲν γὰρ περι-
 ἐπομβρίας ἔστι μαθεῖν, πολλὰ δὲ περὶ ἀνχμῶν καὶ πνευμά-
 των κινήσεως ἢ μερικῶν ἢ καθόλου, βιαιῶν ἀνειμένων. ἐν D
 5 γὰρ τι τῶν ἀπὸ τοῦ ἡλίου παραδεικνυμένων καὶ ὁ κύριος πα-
 ρέδωκεν ἡμῶν, εἰπὼν ὅτι χειμῶν ἔσται· στυγνάζει γὰρ
 πυρράζων ὁ οὐρανός. ἐπειδὴν γὰρ δι' ἀγλῖος ἢ ἀναφορὰ
 γένηται, ἀμυροῦνται μὲν αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου, ἀνθρακώ-
 δης δὲ καὶ ὑφαίμος τὴν χροάν ὁρᾶται, παχύτητος τοῦ ἀέρος
 10 ταύτην ἐμποιοῦσης τὴν φαντασίαν ταῖς ὕψεσιν. ἀλλὰ καὶ
 ἐπειδὴν ἢ σελήνη περιλιμνάζεται, ἢ ὕδατος ἀερίου πλῆθος
 ἢ νότου βιαιάν κίνησιν ἐπαγγέλλεται. καὶ τῷ ἡλίῳ δὲ ὅταν
 αἱ λεγόμεναι ἄλω περιγραφῶσιν, ἢ καὶ οὖς ὀνομάζουσιν ἀν-
 θηλίους, ὅταν συμπεριτρέχουσι τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ, συμπτω-
 15 μάτων τινῶν καιρία σημεῖα γίνεται, ὡσπερ οὖν καὶ αἱ ῥά-P. 26
 βδοι αἱ κατὰ τὴν χροάν τῆς ἱριδος εἰς ὀρθὸν τοῖς νέφεσιν
 ἐμφαινόμεναι ὄμβρους καὶ χειμῶνας ἔξαισίους ἢ ὄλως τὴν
 ἐπὶ πλεῖστον μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ἐνδείκνυται. πολλὰ δὲ καὶ
 περὶ σελήνην ἀνξανομένην ἢ λήγουσαν οἱ τοῦτοις ἐσχολακότες
 20 τετηρηκασί σημεῖωδη, ὡς τοῦ περὶ γῆν ἀέρος ἀναγκαίως τοῖς
 σχήμασιν αὐτῆς συµμεταβαλλομένου· λεπτή μὲν γὰρ οὖσα
 περὶ τὴν τρίτην ἡμέραν καὶ καθαυρὰ σταθιρὰν εὐδίαν κατε-

profert. observationes luminarium ad vitam humanam sunt neces-
 sariae, nisi quis ultra modum et curiosius quam par sit eorum
 signa perquirat. nam multa de tempestatibus pluviis hinc cogno-
 scere licet, multa de siccitatum ventorumque concitatione, vel
 particularium vel universalium, vel vehementium vel lenium. nini-
 rum ex iis quae sol ostendere consuevit, unum ab ipso do-
 mino traditur, cum ait (Matth. 16 3) „tempestat erit, quia triste
 rubet coelum.” cum enim exhalationes quadam cum caligine sursum
 tendunt, obscurantur radii solis, ac sol ipse carbonis instar rutilans
 sanguinique consimilis apparet, speciem hanc in oculis efficiente aë-
 ris crassitie. sic quoties luna caliginosis ab humoribus circumdatur,
 vel aquae pluviae copiam in aëre vel austri commotionem vehemen-
 tem minatur. solem cum areae (quas vocant) ambiunt, accidentium
 quorundam aëris signa existunt. itidem virgae quae Iridis colorem
 imitant in nubibus rectae conspiciuntur, imbres ac tempesta-
 tes immensas vel omnino mutationem aëris diuturnum porten-
 dunt. multa praeter haec in augescente vel decrescente luna obser-
 varunt harum rerum studiosi, de quibus colligi quaedam indicia pos-
 sunt, quod cum eius sideris formis aër quoque terrae vicinus com-
 mutetur. nam si tenuis puraque sit die tertio, serenitatem durabilem

παγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς κεραταῖς καὶ ὑπερυθρος φαινο-
μένη ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἢ νότου βιαίαν κίνησιν
B ἀπειλεῖ. τὴν δὲ ἐκ τούτων σημειώσιν ὅσον τῷ βίῳ παρέχεται
τὸ ὠφέλιμον οὐδεὶς ἄγνοεῖ. ὄρα γὰρ ὅτι καὶ οἱ ναυτιλλόμε-
νοι πρὸς γε τοὺς ἀστέρας ὁρῶντες τὴν ἀκριβῆ τριβὸν ὁδεύ- 5
ουσι καὶ τῇ τούτων θέσει προσέχοντες τὸ σκάφος ἰθύνουσιν·
ἐπειδὴ γὰρ οὐ δέχεται τῶν ὑδάτων ἡ φύσις ἔχνη, οἷς οἱ
ὀδῶνται προσέχοντες ἀναμφίβολον τὴν πορείαν ποιοῦνται, δέ-
δωκεν ὁ θεὸς τοῖς μακρὰ διαπερῶσι πελάγη ὅλον ἔχνη τῶν
Θαλαττίων τριβῶν, τῶν ἀστέρων τὴν θέσιν. καὶ οὕτω μὲν 10
περὶ τούτων τοῖς ἀγίοις πατράσι δοκεῖ.

Ἔτεροι δὲ τὸ διαληφθὲν παρερμηνεύοντες Μωσαϊκὸν ὀη-
C τόν, ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων συγκράσεώς τε καὶ διαστάσεως λέ-
γουσι τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα διοικεῖσθαι καὶ διεξάγεσθαι, εὐ-
πραγίαν τε καὶ δυσπραγίαν ἐκεῖθεν κατάγουσι, καὶ ἀπλῶς 15
ὅσα τῷ βίῳ καθ' ἑκάστην ἀπροσδοκῆτως συμπίπτουσιν. ἀλ-
λά μὴ σὺ ᾤ, τέκνον ἠγαπημένον, τοιοῦτοις ὄλωσ ἀνάσχη
πεῖθεσθαι λογισμοῖς, εἰ μὴ βούλει τοὺς ἀστέρας ἐντεῦθεν
ἀδίκους εὐρίσκεσθαι, εἰ γε τοὺς μὲν ποιοῦσι πόρους τοὺς
δὲ μοιχοὺς, καὶ ἄλλους πάλιν φονέας καὶ ἄρπαγας. ἀλλὰ 20
καὶ πρὸ τῶν ἀστέρων αὐτὸς ἄν ὁ ποιητὴς αὐτῶν θεὸς ἄδι-
κος εὐρεθῆι, γέενναν πυρὸς τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἀπειλῶν καὶ

pollicetur: sin versus extremitates crassa et subrubescens, vel aquam
e nubibus copiosam vel austri concitatioem flatum minatur. ignorat
autem nemo quantum harum rerum indicatio vitae humanae utilitatis
adferat. nam et ii qui navigant, ad sidera respicientes rectum iter
instituant, eorumque situs rationem habentes navigium dirigunt. cum
enim sic comparata sit aquarum natura, nulla restent ut in eis ve-
stigia quibus animadversis itinera mari facientes citra dubitationem
progrediantur, propterea deus illis qui ampla traiciunt maria situm
astrorum concessit tanquam marinarum semitarum vestigia. ac de his
quidem haec sanctorum patrum est sententia.

Verum alii quidam dictum illud Mosaicum, quod indicatum a
nobis est, enarrantes per siderum commisionem atque distantiam uni-
versas res humanas administrari regique tradunt, prosperitatem et ad-
versam fortunam indidem deducentes, adeoque simpliciter omnia quae
cunque singulos in dies vitae mortalium accidunt. at noli tu commit-
tere, dilecte fili, ut huiusmodi cogitationibus fidem habeas, nisi velis
ob eam causam iniqua deprehendi sidera, siquidem alios scortatores
efficiunt, alios adulteros, alios homicidas et praedones. quietiam
ante ipsa sidera deus eorum opifex iniquus reperiretur, qui gehem-
nam ignis et tenebras extremas peccatoribus minatur. non est autem

σκότος ἐξώτερον. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν· αὐτέξου· D
 σιος γὰρ ὢν ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένος ἀνθρώπος εἰμαρ· V. 21
 μένη καὶ ἄστρασιν οὐχ ὑπόκειται. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ
 ἂν τοῖς μὴ κατὰ γνώμην ἁμαρτάνουσι πῦρ ὁ Θεὸς καὶ σκότος
 5 ἤκειλησεν. ὅτι δὲ βλασφημία ἐστὶν εἰς Θεὸν τὸ νομίζειν ἐξ
 ἀστέρων γίνεσθαι τοὺς μὲν τῶν ἀνθρώπων φονέας τοὺς δὲ
 πάλιν ἄρπαγας, ὁ κορυφαῖος Πέτρος ἀριθλήως τοῦτο διδά-
 ζει σε πρὸς Φαῦστον. καὶ γὰρ περὶ γενέσεως διαλεγόμενος
 καὶ ταῦτε πρὸς τοὺς ἄλλοις ἔλεγεν. „Ἐγὼ μὲν ἀστρολογίας
 10 ἔμπειρος οὐκ εἰμί, ὥστε τὴν γένεσιν ἀπ' αὐτῆς τῆς κατὰ γέ-
 νεσιν ἐπιστήμης ἀνασκευάζειν. ἄλλω δὲ τρόπῳ δύναμαι ἀπο- P. 27
 δεικνύειν ὅτι κατὰ πρόνοιαν διοικεῖται τὰ πράγματα· Ἐκα-
 στος γὰρ πρὸς ἃ πράττει τιμῆς καὶ κολάσεως τεύξεται.”
 ἁμαρτάνουσιν οὖν οἱ γένεσιν εἰσάγοντες αὐτὸν τὰ πάντα δη-
 15 μιουργήσαντα Θεὸν βλασφημοῦντες. ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῦ
 γέροντος εἰπόντος ὅτι βλασφημεῖν ἐστὶ τὸ λέγειν ὅτι τὰ πάν-
 τα γενέσει ὑπόκειται, καὶ πάνν ὁ Πέτρος ἔλεγεν. εἰ γὰρ
 πᾶσαι αἱ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίαι ἐξ ἀστέρων γίνονται, οἱ
 δὲ ἀστέρες ὑπὸ Θεοῦ ταῦτα ποιεῖν ἐτάχθησαν, ἵνα πάντων
 20 χαλεπῶν ἀποτελεσματικοὶ γένωνται, ἀπάντων λοιπῶν αἱ ἁμαρ- B
 τία εἰς αὐτὸν ἀναφέρονται τὸν τὴν γένεσιν ἐνδόντα τοῖς
 ἄστρασι. καὶ τὰ μὲν τοῦ κορυφαίου τοιαῦτα· ὅρα δὲ καὶ

10. τῆς doerat. 14. τὰ] τὸν?

hoc verum, non est. quippe ad imaginem dei conditus homo, cum
 suimet ipsius sit compos, nec fato nec sideribus esse subiectus potest;
 quod si locum haberet, non deus praeter animi sententiam peccanti-
 bus ignem atque tenebras minatus fuisset. et fieri sane conviciam deo,
 cum quis existimat per sidera quosdam homicidas effici quosdam rap-
 tores, summus ille Petrus ad Faustum scribens te docebit. nam de
 natalicio sidere disserens haec inter alia profert: „equidem astrologiae
 non sum peritus, ut nativitatem ex ipsa de natalicio sidere scientia
 refellere possim: verum alio quodam modo possum demonstrare res
 humanas a providentia gubernari. nam quisque pro eorum quae agit
 ratione vel honorem vel poenam consequetur. quamobrem errant qui
 natalicium sidus introducunt, ipsum opificem rerum omnium deum
 convicio quodam incessentes.” quibus in verbis quod hic senex ait,
 conviciam in deum esse dicere cuncta natalicio sidere esse subiecta,
 perquam egregie dicitur. nam si omnia mortalium peccata ab astris
 oriuntur, astra vero divinitus ordinata sunt ut ea efficiant et omnium
 malorum ab ipsis origo proficiscatur, restat omnium peccata ad deum
 referri debere, qui natalicium illam vim sideribus indiderit. huiusmō-
 di sunt quae summus ille vir protulit. praeter haec vide quid ma-

τί φησιν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ περὶ φωστήρων ἔκτῃ λό-
Sunt et plura cetorum genera, phocae, balaenae, delphines, zygaenae sive libellae, aliaque talia, de quibus hoc e sacris litteris (Gen. 1 21) dictum accipiendum est „creavit deus ingentes cetos,” seorsum praescriptis in locis degentes, ut ne quis in eos incidens laederetur.

Creavit, inquam, deus ingentes cetos. quibus in verbis non iccirco putabis ingentes dici, quia squilla et halece maiores sint, sed quia propter molem corporum maximis montibus comparari possint. quia etiam saepenumero speciem insularum exhibent, quoties in aquae summa superficie natant. tales cum sint, non secundum littora haerent, sed in Atlantico mari degunt. atque haec animalia nobis ad metum terroremque condita sunt. iam vero cum audis magna navigia, quae velis expansis vento secundo ferantur, a minuto pisciculo

ἡμετέραν δημιουργηθέντα ζῶα. ἐὰν δὲ ἀκούσης ὅτι τὰ μέγιστα τῶν πλοίων ἠπλωμένοις ἰστίοις ἐξ οὐρίας φερόμενα τὸ μικρότατον ἰχθύδιον ἢ ἐχενήϊς οὕτω ξαδίως ἰσθησιν ὥστε ἀκίνητον ἐπὶ πλείστον φυλάσσει τὴν ναῦν ὥσπερ καταρριζωθὲν ἐν αὐτῇ τῷ πελάγει, ἀρ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ μικρῷ τούτῳ τὴν τοῦ δημιουργοῦ καταλαμβάνεις ἰσχύν; ἐκ πάντων οὖν μεγάλων τε καὶ μικρῶν τῆς τοῦ κρίσαντος δυνάμεως ἀπόδειξιν λάμβανε.

Τί δῆποτε οἱ θαλαττοργοῦντες τὸ χεῖρε πάσχουσιν, εἴ ποτε κύρτον ἐντὸς νάρκην ἔχουσαν τοῖς καλωδίοις ἐφέλκουσιν; εὐπαθεσιτάτην δ' ἀήρ τὴν φύσιν κληρωτικῶς ἀπενείματο· διηχῆς γὰρ καὶ διαφανῆς ἔσθ' καὶ δίοςμος, μεταχμίον μηδὲ τινος ἐπιπροσθούντος αὐτῷ. πολλῶν τοίνυν παθῶν καὶ P.37 ἐνεργειῶν αἴτιος· πῶς γὰρ οἱ τὰς ὄψεις νοσοῦντες τοὺς ὀρώμεντας σφᾶς πολλάκις τοῦ πάθους κοινωνοὺς ἐποίησαντο; 15 οὐκοῦν διὰ τοῦ ἐνότου αἴερος καὶ νάρκη ποιεῖν τι πάθος ἐπίσταται τοῖς αὐτῇ πλησιάζουσιν, εἰ καὶ μὴ ταύτης ἐφάψονται. καὶ θαυμάζειν οὐ χρῆ· ἢ Μαγνητὶς γὰρ, ἦν καὶ Ἡρακλείαν λίθον φασί, τοῦ σιδήρου διέστηκε, καὶ ὁμοῦς ὀρώμεν διὰ μέσου τοῦ αἴερος τὴν ἐνεργεῖαν προσβαλλομένην 20 τῇ λίθῳ. τὸ δὲ καὶ περὶ τὸν φοίνικα τὸ φυτόν ἐρωτικὸν γυνόμενον πάθος, καὶ ὅπως ἡ θήλεια, κἄν καὶ διίσταται, τοὺς κλύδους αὐτῆς ὑποκλίνει τῷ ἄρρηνι, καὶ ὅπως πάλιν πρὸς

12. καὶ prius deerat. 17. εἰ μὴ καὶ P. 20. προσβαλλομένη P.

echeuide tam facili momento sisti, magnum ad temporis spatium ut immotam detineant navim velut ipso in mari radicibus actis defixam, non etiam in animali exiguo potentiam opificis deprehendis? nimirum ex omnibus, tam magnis quam pusillis, argumenta de creatoris potestate tibi sumenda sunt.

Quidnam, obsecro, manibus eorum accidit qui e mari piscando victum quaerunt, si quando funiculis vas piscatorium attrahunt quo torpedo contineatur? eam sortitus est aër naturam peculiariter, uti quam facillime adficiatur. nam et sonis pervius est et pellucidus, et odoratu penetratur, nulla re intermedia quicquam impediendi obiciante. quo fit ut multarum tam adfectionum quam effectioinum causa sit. an non enim oculorum morbo laborantes plerumque se intuentes morbi participes reddunt? quapropter et torpedo per aëra, quem intra se continet, adficere potest accedentes propius, licet eam non attrectent. nec mirum hoc videri debet: nam Magnes, quem lapidem Herculeum vocant, etiamsi quodam intervallo absit a ferro, tamen videmus efficacitatem lapidis per ipsum intermedium aëra sese porrigere. quinetiam amatoriam palmarum arboris adfectio, quod nimirum

ἕρθιον ἔρχεται σχῆμα τῆς συναφείας οἷον ἐναπολαύσασα, ποίαν ἀκοήν οὐκ ἐμπίπλησι θαύματος; ἄτοπον τοίνυν οὐδὲν καὶ τὸ τὴν νάρκην ποιεῖν τοῖς θηρεύουσι πάθος. B

Καὶ διὰ τί οἱ μὲν ἄλλοι ἰχθύες περὶ τὸν Πόντον ἐνδη- V. 29
 5μοῦσιν, ὃ δὲ πολύπους τὸν βόρειον ἀποστρέφεται κόλπον; διότι τὰ μὲν τῶν ἰχθύων ψύξεως δεῖται, ὅσα πού καὶ τὰ πότιμα ἐπιδιώκουσι νάματα, τὰ δὲ θερμότητος ἐρᾷ καὶ πρὸς τὴν θάλασσαν ἀναστρέφεται. θερμότερα γὰρ αὕτη τῶν ἄλλων ὑδάτων καθέστηκεν. ὃ γοῦν πολύπους τῇ Ποντικῇ θαλάσῃ ἀπεχθάνεται. ψυχρότερον γὰρ τὸ βόρειον πέφυκε πέ- 10
 λαγος. ἀλλὰ καὶ τῆς λοιπῆς θαλάσσης γλυκύτερον. ὑπὸ πολλῶν γὰρ καὶ μεγάλων ποταμῶν ἐπιρρεῖται. ἐναντία δὲ τῆ πολυπόδι τό τε ψυχρὸν καὶ τὸ γλυκὺ. ἱκανὸν δὲ ἐρᾷ C
 σοι τί πρὸς ἀπόδειξιν. πέτρα συμπλακεῖς ὁ πολύπους δυσ- 15
 αποσπάστως ἔχεται. διὸ γλυκὺ ὕδωρ ἐπιχέουσι τῇ πέτρᾳ οἱ πρὸς ἄγραν δεινοί, καὶ οἱ μὲν ἔχουσι τὸ ζητούμενον θήραμα, ὃ δὲ τῆς ἑαυτοῦ καὶ ἄκων ἐξανίσταται φύσεως. ὁ πολύπους οὗτος λέγεται μὲν ἡνίκα πεινάσει, πλόκαμον ἑαυτοῦ ἐσθίειν, ἕτερον δὲ ἀναφύειν.

10 Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τευθίδες μὲν καὶ πολυπόδες ἔχουσι θόλωσιν, ἀλλὰ καθ' ἃ φησιν Ἀριστοτέλης ἐπὶ τῇ μύτιδι, σηπνία δὲ κατὰ τὴν κοιλίαν, ἀλλὰ καὶ πλείονα. οὐδὲ

femina spatio quodam loci disiuncta nihilominus ramos suos mari summittat, deindeque rursum rectam ad formam redeat quasi potita fructu coniunctionis, cuius aures admiratione non replet? non igitur absurdum etiam torpedinem piscatores laedere.

Qui praeterea sit ut alii quidem pisces in Ponto degere consueverint aliquandiu, polypus autem sinum illum aquilonalem refugiat? quod pisces nonnulli refrigeratione indigeant, quotquot scilicet potabiles aquas petunt, nonnulli calorem expetant et ad mare confugiant. hoc enim caeteris aquis est calidius. itaque polypus mari Pontico infensus est. quippe frigidius est mare istud aquilonare, reliquisque multo dulcius, uti quod a multis atque magnis amnibus irruentibus diluatur. frigus autem ac dulcedo aquae polypo sunt ingrata. quod uti probem, argumento idoneo satis utar. ubi saxum aliquod complexus est polypus, sic illi adhaeret ut avelli nequeat. iccirco piscatores periti dulcem aquam adfundunt saxo, quo facto quod expetebant consequuntur, et polypus vel invitatus naturam suam relinquit. idem polypus esuriens capillos suos devorat, quorum loco alii nascuntur.

Hoc etiam scire debes, loligines atque polypos atramentum habere, verum, ut Aristoteles ait, in naso, cum ad ventrem sepia maio-

γὰρ ἄλλην τινὰ βοήθειαν ἔχει, καθάπερ δὲ πολύπους τὴν τοῦ
 D χρώματος μεταβολὴν · πρὸς γὰρ τὴν πέτραν ἢ προσαρᾶσσει
 τοὺς ἑαυτοῦ πλοκάμους ἀμείβει καὶ τὴν χροιάν, ἄνευ μέντοι
 τοῦ λευκοῦ χρώματος. ἄναιμα γὰρ ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο
 κατεψυγμένα καὶ φοβητικά. ὡσπερ ἐνίοις φοβηθεῖσιν ἡ κοι- 5
 λία ταράττεται, ἑτέροις δὲ περιτίττωσις ἢ ἀπὸ τῆς κίστεως
 εἶε, οὕτω καὶ τούτοις συμβαίνει ἐξ ἀνάγκης ἀφιέναι τὸν θύ-
 λον διὰ δειλίας. ἡ δὲ φύσις ἅμα τῷ περιτιτώματι παρακα-
 ταχρῆται καὶ πρὸς σωτηρίαν καὶ βοήθειαν αὐτῷ. πάντα δὲ
 τὰ ἄναιμα τῶν ζώων ὀλιγοτρόφα εἰσιν, οὐχ οὕτω διὰ μι- 10
 κρότητα ὡς διὰ ψυχρότητα · τὸ γὰρ θερμὸν καταπέπτει ἐξ-
 αἰτίας τὴν τροφήν καὶ δίδται καὶ τροφῆς ταχέως, τὸ δὲ ψυ-
 P. 38 χρὸν ἄτροφον. μᾶλλον δὲ τὸ τῶν τεττίγων γένος ἄτροφόν
 ἔστι, διότι καὶ τῶν ἄλλων ζώων ψυχρότερον · ἐπὶ γὰρ τού-
 τῳ καὶ θέρους ὄρα ζωογονούμενον ὡσπερ τῆς ψῆδος ἀπάρχε- 15
 ται. ἱκανὴ δὲ τροφή τῇ τέττιγι ἢ ἐκ τοῦ σώματος ὑπομένου-
 σα ὑγρότης, ἣν ἐκ τῆς γενέσεως ἔχει, κατὰ δὲ καὶ τὰ ἐφή-
 μερα ζῶα τὰ περὶ τὸν Πόντον γινόμενα · πλὴν ἐκεῖνα μὲν
 ἡμέρας μίᾳς χρόνον ζῆ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐφήμερα λέγον-
 ται, ταῦτα δὲ ζῶσι καὶ πλέον. 20

Μαλακόστρακα λέγονται καρκίνοι κάραβοι ἀστακοὶ καὶ

13. τό] καὶ P. 14. τοῦτο P. 15. ἀπέρχεται P.

rem eius copiam habeat. nec enim quicquam opis alterius habet, ut
 polypus mutationem coloris. nam is una cum saxo, ad quod capillos
 applicat, colorem quoque mutat suum, excepto colore albo. sunt
 enim haec animalia sanguinis expertia, qua de causa sequitur esse
 frigida formidinisque plena. nam uti nonnullis metu perculsis alvus
 turbari solet, nonnullis vesicae excrementum effluit, sic et his accidit
 necessario propter metum ut atramentum emittant. qua quidem in
 re natura excremento simul et ad salutem animalis et ad opem uti-
 tur. sunt autem omnia sanguinis expertia perquam exiguo nutrimen-
 to contenta, non tam quia parva sunt quam quia frigida. nam calor
 et concoquit facile nutrimentum et cito alterius eget, cum frigiditas
 parum alimenti requirat. iccirco cicadae parum pastus expetunt, uti
 quae caeteris animalibus natura sint frigidiores; eaque de causa aestivo
 tempore quasi vivificatae cantum suum occipiunt. et satis eis
 alimenti suppetit ipsa corporis humiditas, quam a natura habent;
 sicut et animalculis illis ephemeris accidit, quae in Ponto nascuntur,
 uno excepto, quod haec unius diei tempus vivendo expleant
 ideoque nomen istud consecuta sint, illae diuturniori vita fru-
 antur.

Testa molli munita dicuntur, cancri, carabi, aestaci sive gam-
 mari, carides sive squillae. eadem, si squillam excipias, chelis praee-

καρίδες. ταῦτα δὲ ἄνευ τῶν καρίδων χηλὰς ἔχουσι, οὐ χάριν Β τοῦ περιπατεῖν, τοῦ συλλαμβάνειν δέ τι. ὅθεν καὶ μείζονες αἰ δεξιαί· τοῖς γὰρ δεξιῶς πέφυκε τὰ ζῶα δρᾶν μᾶλλον. περὶ τούτων ὁ προφήτης Δαυὶδ „τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλάσσιων.” σπηλαία δὲ τευθίδες καὶ πολύποδες ἀνὰ πόδας ὀκτώ ἔχουσι, μείζονας δὲ μόνος ὁ πολύπους.

Διαφορὰν οἱ ἰχθύες καὶ περὶ τὸ στόμα ἔχουσι· τὰ μὲν γὰρ καταντικρὺ ἔχει τὸ στόμα καὶ εἰς τὸ ἔμπροσθεν, τὰ δ' ἐν ὑπτιοῖς, ὡς οἱ δελφίνες καὶ τὰ σελάχη, διὸ καὶ 10 ὑπτία στρεφόμενα λαμβάνει τὴν τροφήν. ὄρχεις δὲ οὐδεὶς ἔχει ἰχθύς, οὔτε ἐντὸς οὔτε ἐκτός, οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῶν ἀπόδων, διὸ οὐδὲ οἱ ὄφεις. οἱ δὲ δελφῖνες καὶ αἱ φάλαιναι C καὶ πάντα τὰ κητώδη βράγχια μὲν οὐκ ἔχουσι, αὐτὸν δὲ διὰ τὸ ἔχειν πνεύμονα. τὰ μὲν γὰρ βράγχια χρήσιμα ἐπὶ 15 τοῖς μὴ ἀναπνεύουσιν, ἀδύνατον δὲ τὸ αὐτὰ ἔχειν καὶ ἀνα- V. 30 πνεῖν. ἔστι δὲ ταῦτα τρόπον τινὰ πεζὰ καὶ ἔνυδρα, καὶ πεζὰ μὲν ὡς ἀέρα δεχόμενα, ἔνυδρα δὲ ὡς ἄποδα καὶ τὴν τροφήν ἐκ τοῦ ὑγροῦ δεχόμενα. τὰ μέντοι μαλάκια, ὡς τευθίδες σπηλαία καὶ ὅσα τοιαῦτα, ὅλα σαρκώδη καὶ μαλακά· οὐδὲ γὰρ ὀστέωδες ἔχειν ἔτυχεν οὐδὲ γερῶν ἀποκεκρυμμένον. πρὸς δὲ τὸ μὴ εὐφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα αὐτῶν, καθὰ δὴ καὶ τὰ σαρκώδη, μεταξὺ σαρκὸς καὶ νεύρου τὴν D

dita sunt, non ambulationis causa sed prehensionis. qua de causa chelas dexteris maiores habent: nam dextris partibus uti animalia magis consueverunt. de his vates ille Davides ait „semitas marium permeant.” sepiae, loligines, polypi pedes singuli octonos habent, et maximos horum polypus.

Etiam ora diversa pisces habent. nam aliis os adversum est et anteriori a parte, cum aliis sit supinum, cuius generis delphini sunt et cartilaginatae. propterea supini nutrimentum capiunt. testes piscium nullus habet, nec intus nec foris, ut eisdem animalia caetera quoque carent, quaecumque a pedibus destituuntur, et inter alia serpentes. delphini, balaenae, et omnia quae cetacei sunt generis, branchias nullas habent, sed eius loco tibiam quasi quandam, uti pulmone praedita. quippe non respirantibus utiles sunt branchiae, quas ut piscis aliquis habeat simulque respiratio utatur, fieri nullo modo potest. et sunt sane cetacei pisces modo quodam et terrestres et aquatiles bestiae, terrestres, quod aëra recipiant, aquatiles, quod pedibus careant et alimentum suum ex humido sumant. qui cute molles sunt, verbi gratia loligines sepiae et alii tales, toti sunt carni atque molles: nihil enim osseum ac terrenum alicubi additum habent. ut autem corpus eorum non facile sit obnoxium intercedi, quod carnis usu venire solet, mistam cum carne naturam nerveam

φύσιν ἔχει· μαλακὸν μὲν γάρ ἐστιν ὡσπερ σὰρξ, ἔχει δὲ
τάσιν ὡσπερ νεῦρον.

Χρῆ δέ σε καὶ τοῦτο περὶ τῶν ἰχθύων εἰδέναί. τὸ μὲν
γὰρ ἄρρεν καὶ θῆλυ ἰδίως νήχονται, οὐ συγγίνονται δέ, ἀλλ'
ἀσπόρως ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος τοῦ ἀνέμου τίκονται, τὴν 5
πνευματικὴν ἡμῶν ἐντεῦθεν καὶ ἄσπορον ἐξ ὕδατος καὶ πνεύ-
ματος προσημαίνοντα γέννησιν, ὡς ὁ Θεοτάτος φησιν Ἀνα-
στάσιος.

Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτό σε παραδραμεῖν ἄξιον. ὁ χειρσαῖος
ὄφης τῷ αἰγιαλῷ προσιῶν συρίττει, καὶ συρίττων προσκαλεῖ- 10
ται τὴν μύραιναι εἰς συνάφειαν. ὁ γοῦν θαλάσσιος ὄφης
P. 39 εἶτ' οὖν ἡ μύραιναι τῷ συριγμῷ ἀκούσασα εὐθὺς ἐπανάγεται.
καὶ συμπλακέντες ἀλλήλοις, πρότερον τοῦ χειρσαίου τὸν ἰὸν
ἐξεμέσαντος, πρὸς τὰ ἴδια ὁ καθ' ἓνα χωρεῖ. εὐδῆλον οὖν
ἐντεῦθεν ὅτι καὶ ὁ νοητὸς ὄφης συριγμῷ καὶ δελεάσματι καὶ 15
ὑποκρίσει ἡθους χρηστοῦ καὶ συμβουλῆς ἀγαθῆς τοὺς ἀν-
θρώπους ἐφέλλεται καὶ κατὰ τὸ βουλευτὸν αὐτῷ τούτοις συγ-
γίνεται, τοῦ ὕδατος καὶ πνεύματος πρότερον αὐτοὺς ἐξισιτῶν·
οὐ γὰρ ἂν ἄλλως μεταδοῦναι τούτοις τοῦ οἰκείου δύναται
σπόρον, εἰ μὴ πάντα κάλων κινήσας ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀποσπά- 20
Bσειε. καὶ τί χρῆ πολλὰ λέγειν καὶ ἀπαριθμεῖν τὰ καθ' ἕκα-
στον, ἐπεὶ ἔρπετὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς; καὶ ἔρπετὰ μὲν,

habent. sunt enim molles instar carnis, et tendi nihilominus instar
nervi possunt.

Hoc etiam de piscibus tibi cognoscendum est, quod mas et fe-
mina seorsum natent, nec inter se consuescunt, sed absque coitu de
aqua flatuque venti gignuntur. qua quidem re spiritualis illa nostra
et coitus expers generatio de aqua et spiritu exprimitur, quemadmo-
dum Anastasius inquit.

Ne hoc quidem obiter praeterire debes. serpens terrestris ad li-
tus accedens sibilum edit, quo muraenam invitat. hoc audito murae-
na mox accedit, ac serpente terrestri venenum prius expuente mu-
tuos in complexus veniunt, secundum quos uterque ad sua se con-
ferunt. de quo exemplo perspicue potest intelligi etiam serpentem
illum intellectilem sibilo quodam et inescatione, probaeque indolis
et boni consilii simulatione mortales allicere, proque arbitrato et li-
bidine sua cum eis consuescere, prius opera data ut aquam et spi-
ritum relinquant: nam aliter semen suum in eos transfundere nequit,
nisi omni fure moto ab his duobus ipsos avellat. quid autem multis
verbis opus est? cur singula commemorare velimus? sunt in aquis re-
ptilia, quod ita nimirum progrediantur, nec tamen sub numerum ca-
dunt, ne scilicet paulatim absumpta deficerent. nam nisi numero

οἱ ἔρπει τῶ ὕδατι καὶ οὕτω τὴν ἑαυτῶν πορείαν ποιοῦνται, ἀριθμῶ δὲ οὐχ ὑποπίπτουσι ὥστε μὴ ἐκλείψαι κατὰ μικρὸν δαπανώμενα. βόσκονται γὰρ οἱ δυνατώτεροι τοὺς καταδεεστέρους, καὶ οὐκ ἠγάλωσαν· νικᾷ γὰρ τὴν δαπάνην ἢ πρόσοδος.

Ἄλλ' ὄρα φωνὴν Θεοῦ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ φωνὴν Θεοῦ ἀλλὰ θέλησιν μόνον, ἣτις τὰ παντοδαπὰ γένη τῶν ἰχθύων ἐκ τῶν ὑδάτων παρήγαγεν. ἡ γὰρ θέλησις αὐτῆ φύσις ἐγγόνει τοῖς ὕδασι. ταῦτα μὲν τὰ ὕδατα καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς ζωτικὴν ἐδέχοντο δύναμιν. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτοῖς πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο. φερόμενον δὲ ζωτικὴν ἐδίδου τοῖς ὕδασι τὴν δύναμιν, ὡς ὁ χρυσότομος Ἰωάννης φησί, καὶ ὅτι μετὰ μικρὸν ζῶα ἐξ αὐτῶν παραχθήσονται. καὶ ὁ μὲν χρυσορρήμων, καθάπερ εἴρηται, ζωτικὴν ἐτεῦθεν ἐπέργειαν κατασημαίνεσθαι λέγει· ὁ δὲ μέγας Βασιλεῖος καὶ πλατύτερον τὰ περὶ τούτων διέξεισι, καὶ οὕτω φησίν. „εἴτε τοῦτο λέγει τὸ πνεῦμα τὴν τοῦ ἀέρος χύσιν, δέξαι τὸν συγγραφέα τὰ μέρη τοῦ κοσμοῦ καταριθμοῦντά σοι, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς οὐρανὸν γῆν ὕδωρ ἀέρα, καὶ τοῦτον χεόμενον 20 ἦδη καὶ ῥέοντα. εἴτε, ὃ καὶ μᾶλλον ἀληθέστερόν ἐστι καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐκκριθέν, πνεῦμα Θεοῦ τὸ ἅγιον εἴρηται (οὐδὲν γὰρ ἄλλο παρὰ τῆ γραφῆ πνεῦμα Θεοῦ ὀνομάζεται ἢ τὸ

10. *ἐν*, post γὰρ P.

piscis infiniti essent, non possent ad usum ullo modo sufficere, cum pariter et a se invicem et ab hominibus absumantur. quippe tametsi viribus superiores devorandis imbecillioribus sese pascant, non tamen omnino consumuntur, quando maius eorum est incrementum quam ut absumi possint.

Et considera hoc mihi loco dei vocem, vel potius non vocem dei sed voluntatem solam, quae omnis generis piscium species ex aquis produxit. nam hoc ipsum dei velle naturam suam aquis tribuit, quae ipso a principio vitalem quandam vim sunt consecutae. absque quo foret, non in eis dei spiritus latus fuisset, qua motatione vim illam vitalem aquis impertiebatur, quemadmodum Chrysostomus loquitur, ut non multo post ex eis animalia provenirent. tradit enim Chrysostomus hisce verbis vitalem quandam efficacitatem significari. Basilius autem latius de eis in haec verba dissertit. sive de aëris diffusionem Moses loquitur, intelligito nostrum hunc scriptorem historiae mundi partes enumerare, condidisse videlicet deum coelum terram aquam aëra, qui quidem iam tum diffunderetur atque flueret. sive quod verius est et ab iis qui ante nos fuere traditum, de Spiritu Dei sancto haec dici putato. nam sacris in litteris nullus alius dei spiritus appellatur extra spiritum illum

ἅγιον τὸ τῆς θείας καὶ μακαρίας τριάδος συμπληρωτικόν), καὶ ταύτην προσδεξάμενος τὴν διάνοιαν μελζονα τὴν ἀπ' αὐτῆς ὠφέλειαν εὐρήσεις. ἐπεφέρετο γὰρ τὸ πνεῦμα, καθάπερ Σύρος τις ἔλεγε θανμαστός ἀνὴρ, ἀντὶ τοῦ ἐπίδαλψαι V. 31 καὶ ἔζωογονεῖ τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς 5 ἀπραξούσης ὄρνιθος καὶ ζωτικὴν τινὰ δύναμιν ἐνιούσης τοῖς ὑποδαλπομένοις, ὡς ἐντεῦθεν σαφῶς ἀποδείκνυσθαι ὅτι οὐδὲ τῆς δημιουργικῆς ἐνεργείας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπολείπεται."

P. 40 Καὶ τοσαῦτα μὲν περὶ τῶν ἰχθύων. ἀκόλουθον δ' ἂν 10 εἶη καὶ περὶ τῶν πετεινῶν ὀλίγα διεξελθεῖν, ὅτι καὶ ταῦτα ἔξ ὑδάτων τὴν γένεσιν ἔσχηκε. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ συγγενεῖά τις πρόσεσι τούτοις πρὸς τὰ νηκτά. καὶ γὰρ ὥσπερ οἱ ἰχθύες τὸ ὕδωρ τέμνουσι, τῇ μὲν κινήσει τῶν πτερύγων εἰς τὸ πρῶσω χωροῦντες, τῇ δὲ τοῦ οὐραίου μεταβολῆ τὰς τε περι- 15 στροφὰς καὶ τὰς εὐθείας ὁρμὰς ἑαυτοῖς οἰακίζοντες, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πτηνῶν ἔστιν ἰδεῖν διανηχομένων τὸν αἴρα τοῖς πτεροῖς κατὰ τὸν ὁμοιον τρόπον. ὅτι δὲ ἔξ ὑδάτων τοῖς πετεινοῖς ἡ γένεσις, διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα πάντα τοῖς ὕδασι χαίρουσι· πλὴν γε ὅτι οὐδὲν τῶν πτηνῶν ἄπουν διὰ τὸ πᾶ- 20 σι τὴν διαίταν ἀπὸ τῆς γῆς ὑπάρχειν. καὶ πάντα ἀναγκαί- Βως· τοῖς μὲν γὰρ ἀρπακτικοῖς πρὸς τὴν ἄγραν αἱ τῶν ὀνύ-

6. ἐνείσης?

sanctum, qui divinam beatamque trinitatem absolvit et complet. quam sententiam si amplecti volueris, maiorem ex ea fructum percipies. nam ferebatur in eis spiritus hic, uti Syrus quidam, admirabilis doctrinae vir, dicere solebat, hoc est fovebat ac fetificandi vim largiebatur aquarum naturae, instar gallinae cuiusdam ovis incubantis ac fotis ab se vim quandam vitalem indentis. quo ipso etiam perspicue commonstratur spiritum sanctum ne a rerum quidem condendarum facultate destitui.

Et tantum quidem de piscibus. nunc rerum ordo poscit ut de volucris etiam pauca commemoremus, quae et ipsae suum ortum ex aquis habuerunt. quamobrem et cognatione quadam natatiliū tenentur. quippe quemadmodum pisces in aquis degentes pennarum agitatione progrediuntur, et diversis caudae motibus tum inflexiones tum directos cursus moderantur, sic et volucres videre est consimili quodam modo suis alis aëra pervolare. et gaudent aquis volucres propterea quod ex aquis ortae sint. hoc solo differunt a piscibus, quod nulla pedibus careat, quando de terra victum petere coguntur, et omnes necessario pedum adminiculis indigent. nam rapacibus ad capiendam, praedam unguis accommodati sunt, caeteris ad sustinendam

γων ἀκμαί, τοῖς δὲ λοιποῖς [ἀναγκαίως] πρὸς τὴν τοῦ βίου διεξαγωγὴν ἢ τῶν πυδῶν ὑπηρεσία δεδωρόηται. ὀλίγοι δὲ τῶν ὀρνίθων κακόποδες εἰσιν, οὔτε βαδίσειν οὔτε ἀγρεύειν τοῖς ποσὶν ἐπιτήδειοι, ὡς αἱ χελιδόνες καὶ αἱ ὄρεπανίδες λεγόμεναι, οἷς ἢ τροφή ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἀέρι ἐμφερομένων ἐπιενόηται.

Πρόσεχε λοιπόν. ἄλλη καὶ γὰρ κατασκευὴ τοῖς σπερμολόγοις ὄρνεσι καὶ ἄλλη τοῖς σαρκοβόροις, τῷ τρόπῳ τῆς διαίτης αὐτῶν πρόπουσα, ὀνύχων ἀκμαὶ καὶ χεῖλος ἀγκύλον 10 καὶ πτερόν ὄξύ, ὥστε καὶ συλληφθῆναι ῥαδίως τὸ θήραμα. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σκληρότεροι τῶν ζώων οἱ ὄνυχες ἢ τοῦ ἀνθρώπου· μαλθακώτεροι καὶ γὰρ οὗτοι τῷ ἀνθρώπῳ κατε-
 15 σκευάσθησαν, ὅτι τε καὶ τὸ δέρμα τούτου μαλθακώτερον, ἀφ' οὗ καὶ οἱ ὄνυχες τὴν γένεσιν ἔχουσι, καὶ ὅτι πρὸς τὴν 10 ἐπιχρῆσιν ἐκάστῳ τῶν ζώων ἢ τε σκληρότης τῶν ὀνύχων καὶ ἢ μαλθακότης δεδωρόηται. ἀλλὰ καὶ τῶν πτηνῶν τὰ μὲν ἀναρχά εἰσι καὶ ὄιον αὐτόνομα, τὰ δὲ ὑφ' ἡγεμόνι τετάχθαι καταδεχόμενα ὡς οἱ γέρανοι. ἀλλὰ καὶ αἱ μέλισσαι ὑπὸ βασιλεῖ καὶ ταξίαρχῳ τινὶ τῶν ἔργων ἄπτονται, οὐ πρότερον 20 ἐπὶ τοὺς λειμῶνας ἐλθεῖν καταδεχόμεναι, πρὶν ἂν ἴδωσι τὸν βασιλέα κατάρξαντα τῆς πτήσεως. οὐ χειροτονητὸς δὲ ὄδος, ἀλλ' ἐκ φύσεως ἔχων τὸ κατὰ πάντων πρωτεῖον, καὶ μεγέ-
 25 θει διαφέρων καὶ σχήματι καὶ τῇ τοῦ ἥθους πραότητι. ἔστι

caeteroqui vitam pedum usus est concessus. perpaucis pedes male sunt adfecti atque debiles, ita ut nec incedere nec venari quicquam pedibus possint, in quo genere sunt hirundines et quae falculae sive ripariae dicuntur, quae pro alimento vescuntur insectis per aëra volantibus.

Animadvertete porro structuram aliam illarum avium esse, quae semina legunt, aliam carnivorarum, victui scilicet earum accommodatam. habent enim peracutos ungues, rostrum aduncum, celeres alas, ut praedam corripere celeriter possint. qua quidem ipsa de causa duriores animalibus ungues sunt quam homini, cui sunt omnino molliores. et constat certe cutem eiusdem consimiliter esse molliorem, de qua ungues oriuntur, itemque tam duritiem quam mollietiam unguum animalibus ex ipsorum usu datam. praeterea volucrum aliae nullo tenentur imperio, libertateque veluti quadam fruuntur; aliae daci imperio subiectae sunt, ut grues. apes etiam sub rege ac praefecto quodam operas suas absolvunt, nec prius ad prata convolare solent quam regem initium avolandi fecisse conspexerint. neque regem hunc suffragiis quasi delectum habent, sed a natura in omnibus principem, excellentem caeteros magnitudine forma et indolis atque

μὲν γὰρ κέντρον τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' οὐ χρῆται τούτῳ πρὸς ἄμυναν. νόμοι τινές εἰσιν οὗτοι τῆς φύσεως ἄγραφοι, ἀργούς εἶναι πρὸς τιμωρίαν τοὺς τῶν μεγίστων δυναστειῶν ἐπιβαίνοντας. οὕτω μὲν αἱ τῷ τοῦ βασιλέως ὑποδείγματι μὴ ἀκολουθοῦσαι τῇ τοῦ κέντρον πληγῇ ἐναποθνήσκουσιν, 5 ἄξια τῆς ἑαυτῶν ὀμότητος εὐρίσκουσαι τὰ ἐπίχειρα.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο θαυμάζειν ἄξιον, πῶς αἱ γέρανοι τὰς ἐν τῇ νυκτι προφυλακὰς ἐκ περιτροπῆς ὑποδέχονται, καὶ αἱ μὲν καθεύδουσιν, αἱ δὲ κύκλῳ περιμοῦσαι πᾶσαν αὐταῖς ἐν P. 41 τῷ ὕπνῳ παρέχουσι τὴν ἀσφάλειαν. εἶτα τοῦ καιροῦ τῆς 10 φυλακῆς πληρουμένου ἢ μὲν βοήσασα πρὸς ὕπνον ἐτραπή, ἢ δὲ τὴν διαδοχὴν δεξαμένη, ἣς ἐτυχεν ἀσφαλείας, καὶ ἀντέδωκε ταῖς λοιπαῖς. οὕτω μὲν οὖν καὶ τὸ τῶν πελαργῶν εἰς ἐκπληξιν ἄγει πάντας τῶν διαληφθέντων οὐκ ἔλασσον. ἐκεῖνοι γὰρ τὸν πατέρα ὑπὸ τοῦ γήρους πτερορρησάντα περι- 15 στάντες ἐν κύκλῳ τοῖς οἰκείοις πτεροῖς διαθάλπουσι, καὶ τὰς V. 32 τροφὰς ἀφθύνως παρασκευάζοντες βοήθειαν αὐτῷ κατὰ γαστῆρ τὴν πιῆσιν παρέχουσιν, ἠρέμα τῷ πτεροῦ κομφίζοντες ἐκατέρωθεν. καὶ οὕτως πᾶσι τοῦτο διαβεβόηται ὡς ἐπτεῦθεν καὶ Β τινας τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντίδοσιν ὀνομάζειν ἀντιπε- 20 λάρωσιν. μηδεὶς οὖν διὰ πενίαν τὴν αὐτοῦ ἀπογιγνωσκέτω ζῶην.

morum mansuetudine. nam stimulo quidem rex praeditus est, verum ad vindictam eo non utitur. sunt hae leges quaedam non scriptae, sed ab ipsa profectae natura, ut qui maximis imperiis potiuntur, ad puniendum tardi sint et quidem si quae apes exemplum regis sui non imitantur, defixo stimulo simul emoriuntur dignaque crudelitate sua praemia consequuntur.

Hoc etiam nos admirari par est, quo pacto grues nocturnas excubias per vices obeant, dum aliae quidem dormiunt, aliae circum-eundo praestant, ut omnes ab omni periculo per quietem tutae sint. ubi deinde tempus excubiis unius destinatum praeteriit, clamore illa sublato se quieti dat: ibi tum altera succedens in eius locum, quam illius beneficio consecuta est, quietem vicissim reliquis tutam praestat. consimili modo ciconiarum quoque natio cunctos in admirationem rapit, iam indicatis haud cedens. nam patrem, qui prae senio pennas amisit, undique circumstantes alis propriis fovent, alimentum illi abunde suppeditant, atque etiam in volatu iuvant, leniter eum ab utraque parte sublevantes. quod quidem usque adeo passim apud omnes pervulgatum est, ut hac de causa nonnulli compensationem beneficiorum appellare mutuam ciconiarum pietatem consueverint. quo exemplo moneri nos convenit ne quis ob paupertatem de vita desperet.

Τὸ δὲ τῆς χελιδόνος εὐμήχανον πῶς οὐκ ἂν τις ὑπεργάσαιοτο; ἐκείνη γὰρ τὴν καλιὰν πηγνυμένη τὰ μὲν κάρφη τῷ στόματι διακομίζει, πηλὸν δὲ τοῖς ποσὶν ἄραι μὴ δυναμένη (ἀνεπιτηθεῖοι γὰρ οὗτοι πρὸς πᾶσαν ὑπηρεσίαν) τὰ 5 ἄκρα τῶν πτερῶν ὕδατι καταβροῦσα, εἶτα τῇ λεπτοτάτῃ κόρει ἐνειληθεῖσα, οὕτως ἐπινοεῖ τοῦ πηλοῦ τὴν χρείαν, καὶ κατὰ μικρὸν ἀλλήλοις τὰ κάρφη οἶον κόλλη τινὶ τῷ πηλῷ συνδύσασα ἐν αὐτῇ τοὺς νεοττοὺς ἐκτρέφει: ὧν ἐάν τις ἐκκεκτήσῃ τὰ ὄμματα, ἔχει τινὰ παρὰ τῆς φύσεως βοήθειαν C
10 *λατρικῆν*, δι' ἧς πρὸς ὑγίαν ἐπανάγει τῶν ἐγγόνων τὰς ὕψεις.

Ἡ δὲ ἀλκωνῶν θαλάττιόν ἐστιν ὄρεον. αὕτη παρ' αὐτοὺς τοὺς αἰγιαλοὺς νοσσεύειν πέφυκεν ἐν καιρῷ χειμῶνος, ἐπ' αὐτῆς τὰ ὑπὸ θεμένη τῆς ψάμμου, ὅτε πολλοῖς καὶ βιαί-
15 *οις ἀνέμοις ἢ θαλάσσει τῇ γῇ προσαράσσεται.* ἀλλ' ὁμοῦς κοιμίζονται πάντες οἱ ἀνεμοὶ, ἡσυχάζει δὲ κύμα θαλάσσιον, ὅτε ἀλκωνῶν ἐπιβάσει, τὰς ἐπτὰ δηλονότι ἡμέρας. ἐπεὶ δὲ καὶ τροφῆς αὐτοῖς χρεία, ἄλλας ἐπτὰ ἡμέρας πρὸς τὴν τῶν νεοπτῶν αὐξῆσιν ὁ μεγαλόδωρος αὐτῇ παρέσχε θεός. ὥστε καὶ ναυτικοὶ πάντες ἴσασι τοῦτο, καὶ ἀλκωνιτίδας τὰς ἡμέ-
20 *ρας ἐκείνας προσαγορεύουσιν.*

Ἀλλὰ καὶ τὴν τρυγύνα φασὶ διαζευχθεῖσάν ποτε τοῦ δμοῦζυγος μηκέτι πρὸς ἕτερον καταδέχεσθαι κοινωνίαν, μνη-
μη τοῦ ποτὲ συζευχθέντος. ἀκουέτωσαν αἱ γυναῖκες ὅπως

12. 'H] O P.

Et quis non hirundinis solertiam maximopere admiretur? ea cum nidum conficit, festucas quidem collectas ore profert: sed cum tollere lutum pedibus nequeat, quos ad quasvis operas prorsus ineptos habet, extremis alarum partibus in aquam tinctis, ac deinde minutissimum in pulverem provoluta, rationem usurpandi luti excogitat. nam paulatim festncis luto tanquam glutino quodam colligatis nidum extruit, et pullos in eo suos educat. quorum si quis oculos amittat, opem a natura medicam habet, qua eos fetui suo restituit.

Marina quaedam avicula est, halcedo. ea brumae tempore propter littora fetificare consuevit, ovis in arena collocatis, cum multis ac vehementibus a ventis mare ad terram alliditur. verum mox omnes venti sopiuntur et fluctus marini conquiescunt. tum halcedo totos septem dies ovis incubat, cumque temporis aliquid ad educationem quoque sit necessarium, dies alios septem, quibus pulli nonnihil crescant, divina largitas ei concedit. quae res nauticae rei peritis nota est, qui dies illos Halcedonia vocant.

Tradunt et turturem a compari seiunctam ob coniugis prioris memoriam nullius alterius societatem admittere. dictum hoc mulieri-

τὸ σεμνὸν τῆς χρείας καὶ παρὰ τοῖς ἀλόγοις τοῦ ἐν ταῖς πολυγαμίαις ἀπρεποῦς προτιμότερον.

Ἀδικιώτατος περὶ τὴν τῶν ἐγγόνων τροφήν ὁ αἰετός. δύο γὰρ ἔξαγαγὼν νεοσσούς, τὸν ἕτερον αὐτῶν εἰς γῆν καταρρήγνυσι ταῖς πηληγαῖς τῶν πτερῶν ἀπωθούμενος, διὰ τὸ τῆς τροφῆς 5 ἐπίπονον ὃν ἐγέννησεν ἀποποιούμενος. ἀλλ' οὐκ ἔα τοῦτον ἢ φήνη διαφθαρεῖν, ἀλλ' ὑπολαβοῦσα αὐτὸν τοῖς οἰκείοις P. 42 αὐτῆ νεοσσοῖς συνεκτρέφει. ὃν δὲ κρατήσας ἐκθρέψειν νεοτὸν ὁ αἰετός, λαμβάνει καὶ συνίπτεται αὐτῷ, καὶ ἐὰν ἴδῃ αὐτὸν εὐτόλμως μὲν τὸν ἀέρα νηχόμενον, ὄξυωποῦντα δὲ 10 πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου λαμπρότητα, ὡς οἰκεῖον περιποιεῖται, εἰ δὲ μὴ γε, ὡς νόθον ἀποβάλλει.

Ἄλλ' ἐπαινέτον τὸ τῆς κορώνης φιλότεκνον, ἣ καὶ πετομένοις ἤδη τοῖς νεοτοῖς παρέπεται σιτίζουσα αὐτούς καὶ ἐκτρέφουσα μέχρι πολλοῦ. περὶ μέντοι τῶν κορωνῶν καὶ ταῦδε 15 φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ προνοίας λόγῳ αὐτοῦ. „θαῦμα μέγα πῶς αἱ κορώναι τοῖς πελαργοῖς συναπαίρουσαι B δορυφοροῦσιν αὐτοῖς καὶ παραπέμπουσιν, ἐμὲ δοκεῖ, καὶ συμμαχίαν αὐτοῖς τινὰ παρέχουσι πρὸς ὄρνιθας πολεμίους. σημεῖον δὲ πρῶτον μὲν μὴ φαίνεσθαι ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐκείνον 20 κορώνην παντάπασιν.“ ἔπειτα μετὰ τραυμάτων ἐπανερχόμεναι τῆς συμμαχίας ἐναργῆ σημεῖα κομίζουσι.”

bus esto, vitae nimirum viduae puritatem ab ipsis etiam brutis animalibus indecorae plurium nuptiarum appetitioni praeferrī.

Longe iniustissima est in educatione suae sobolis aquila. nam cum pullos duos produxit, alterum in terram deiicit alarum verberibus protrusum, ob educationis scilicet aerumnas atque molestias factum ab se procreatum removens. sed abiectum phene, quam ossifragam dicunt, perire non sinit: nam sublatum suis cum pullis educat. quem autem pullum ipsa alit aquila, secum deinde sumit, et inter volandum cum eo, si quidem audacter aera secantem videat ac solis splendorem acutis contuentem oculis, ut suum retinet atque servat, sin autem, ceu spurium abiicit.

E contrario cornicis amor in sobolem praedicari meretur, quae pullos iam volantes nihilominus eos consecratur, pascit, et longum satis ad tempus educat. de his magnus ille Basiliius haec etiam in oratione sua de providentia tradit. res, inquit, est mira, cum cicomis cornicis discedere, quasique satellites earum et itineris comites esse. quietiam, mea quidem sententia, ferunt eis adversus aves quasdam hostiles auxilium. quod esse verum primum eo signo colligitur, quod eo tempore nusquam ulla cornix conspiciatur, deinde quod cum vulneribus revertentes praestitae societatis evidentes notas secum ferant.

Τὸ δὲ γε πλεον τῶν ἄλλων παραδοξότερον, τοὺς γῦπας φασι ἀσυνδυάστως τίκειν, καὶ ταῦτα μακροβιωτάτους ὄντας, καὶ μέχρις ἑκατὸν ἐτῶν τὴν ζωὴν αὐτῶν παρεκτείνεσθαι. διὰ τί δὲ τοῦτο, καὶ τίνας ἐνεκεν; ἵνα γὰρ μὴ τινες V. 33 ἐπιγελαῶσι τῷ μυστηρίῳ ἡμῶν, ὡς ἀδύνατον παρθένον τεκεῖν C καὶ αὐτῆς μεῖναι παρθένον, μυρίας ἐκ τῆς φύσεως ἀφορμᾶς πρὸς τὴν πίστιν τῶν παραδόξων προλαβῶν κατεβάλετο. καὶ οὕτω μὲν περὶ τούτων ὁ μέγας Βασιλεῖος· οἱ δὲ γε τὰς φύσεις τῶν ζώων διασκευάμενοι τριετῆ χρόνον τοὺς γῦπας 10 ἐγκυμονεῖν τερατεύονται. καὶ πῶς ἄκουε. οὐκ ἔστιν ἄρρητα γῦπα θεάσασθαι· ἀσυνδυάστως γὰρ αὐτοὺς τίκειν νόμοι φύσεως παρακελεύονται, ὅθεν καὶ πᾶν τὸ γένος αὐτῶν ἢ τοῦ θῆλεος φύσις ἠνέγκατο. ὅπερ ἐπιστάμενοι γῦπες καὶ τὴν ἐρημίαν δεδιότες τῶν τέκνων, εἰς ἐπιγονὴν ἕπαν τὸ γένος 15 στρατεύεται, καὶ δρωσί τι σόφισμα ἄριστον. τῷ νότῳ καὶ D γὰρ ἀντίπρωροι πέτανται. εἰ δὲ μὴ νότος εἶη, τῷ συγγενεῖ εὐφῶ ἀπλοῦσι τὰς πτέρυγας, εἴτα κεχῆνασι καὶ τοῦ πνεύματος ἐμφοροῦνται εἰσρέοντος, καὶ τίκτουσι ζῶα, μὴ μέτοι γε ἢ ἀνπρήμια. διὸ πλείστου χρόνου δεῖται ἢ φύσις πρὸς 20 ζῶον τελεσιουργίαν· χαλεπὸν γὰρ καὶ λίαν ἐργῶδες τῇ φύσει ὀδισῶσαι τὸ πνεῦμα καὶ πρὸς ζῶον πλαστουργεῖν τὸ λεπτότατον. ἐπειδὴν τοίνυν ἀκούεις καὶ σὺ συναφείας ἄνεν

Iam quod rebus caeteris magis etiam ab opinione hominum abhorret, vultures aiunt absque maris et feminae coniunctione gignere, senecta etiam in extrema: nam ad centesimum annum vivendo perveniunt quamobrem istuc? nimirum ne qui mysterium nostrum irriderent, quasi fieri nequeat ut pariat virgo et nihilominus virgo maneat, ex ipsa natura deus nobis tantum non infinitas suppeditavit occasiones faciendi fidem rebus caeteroquin absurdis et nostrae opinionioni non respondentibus. hoc modo de his Basiliius disserit. caeteri vero, qui naturas animalium perspectas habent, vultures toto triennio gestare uterum prodigiose tradunt. quinam istuc? audi. vultur mas nullus conspicitur. nam absque duum coniunctione gignere de praescripto naturae solent. quo fit ut eorum universa natio consistat in feminis. hoc cum non ignorent vultures, orbitatis metu simul universi ad fetificandum quandam velut expeditionem suscipiunt. heic si nullus eis sese Auster offerat, ad cognatum Eurum alas expandunt. inde per oris hiatum vento influente replentur, et animalia, non ova subventanea gignunt. quae causa est quamobrem maximo temporis spatio natura huius ad animalis absolutionem indigeat. nam difficile et operosum est naturae de vento quandam essentiam efficere deque re longe subtilissima et exili prorsus animal fingere. cum igitur audies virginem illam purissimam absque ullo viri commercio

ἐγκυμονῆσαι τὴν πάναγνον, πρότερον αὐτῆ πνεύματος ἁγίου ἐπισκιάσαντος καὶ τοῦ κυρίου κατὰ τὸν προφήτην ἀπὸ Θαιμῶν ἤξαντος, μηδ' ὄλωσ ἀπίσται τῷ πρῶγματι, καὶ μέγα τῷ
 P. 43 ὄντι δοκεῖ καὶ παράδοξον· ἐπὶ γὰρ τούτῳ καὶ ἡ παρά φύσιν τῶν γυνῶν κνοφορία θανμασιῶς οὕτω τῷ θεῷ προητοιμάσται. λέγεται γὰρ ὅτι γενόμενος ἕγκνος ὁ γυνὴ πορεύεται εἰς τὴν Ἰνδικήν, καὶ λαβὼν λίθον τὸ καλούμενον εὐτόκιον ἐπάνω αὐτοῦ κάθηται συνεχόμενος ὡδίαι, καὶ οὕτως ἀποτίκει. ὁ μέντοι λίθος περιφερὴς ὡς κάρνον, καὶ κινούμενος ἤγον ἐκπέμπει ὡς κώδων, ἐνδοθεν ἑτέρον λίθον κινουμένον. φασὶ δὲ καὶ τοῦτο περὶ γυνός, ὅτι μύρω ῥοδίῳ χρισθεὶς ἀποθνήσκει.

Θαυμάσιε δ' ἂν τις καὶ τὸ τῶν κοράκων τῶν διαληφθέντων οὐκ ἔλασσον. πεπόνθασί τι πάθος ὡρῆ θέρους οἱ κόρακες, τὸ δὲ πάθος ἐστὶ ῥύσις γαστρός. ἐντεῦθεν ποταμοὶ καὶ πηγαὶ καὶ λίμναι οὐδέν τι χρῆμα κατὰ γε τὸ θέρος τοῖς κόραξιν, ἵνα μὴ τῷ ὑγρῷ ἢ τῆς γαστρὸς ῥύσις σχοίῃ ἐπίτασιν. ἴσασι τοίνυν καὶ διαίτης τέχνην οἱ κόρακες, οὐ τὰ Ἴπποκράτους παιδευθέντες, οὐ τὰ Χείρωνος, οὐ τὰ Μαχάονος φάρμακα, κἀντεῦθεν μὲν ὀρῶσι ποταμούς, ἀλλ' ὅμως πίνειν ἐκείνοις οὐκ ἐνεστιν, ἀλλ' οἷα Τάνταλοι κολαζόμενοι δριμυτέραν δίκην ταῦτα εἰσπράττονται.

gravidam fuisse factam, cum prius eam sanctus ille spiritus inumbrasset ac dominus, uti vates loquitur, de Thaumane venisset, nequaquam huic rei fidem derogato, tametsi reapse magna videatur et ab opinione hominum abhorrens. nam ea de causa vulturum quoque conceptio tam admirabiliter a deo est instituta. traditur autem monumentis litterarum vulturem, posteaquam conceperit, in Indiam sese conferre, nactumque lapidem, quem a facilitate partus quem adiuvat Eutocium vocant, in eo se parturigine vexatum collocare atque illo modo parere. lapis ipse rotundus est, avellanae nucis instar, et succussus in morem tintinabuli sonum edit, moto iatus alio lapide. perhibetur hoc etiam de vulture, quod unguento rosaceo perunctus moriatur.

De corvis quoque non abs re quis miretur, quod hactenus indicatis non est inferius. aestivo tempore corvi quodam morbo laborant. is morbus ventris est profluvium. quamobrem fluvii fontes stagna per aestatem nulli sunt corvis usui, ne per humorem ventris illa fluxio magis etiam adaugeatur. de quo scilicet intelligitur etiam diaetae rationem sibi convenientem corvos non ignorare, quanquam nec Hippocratis nec Chironis nec Machaonis remedia discendo percepta teneant. iccirco fluvios quidem intuentur, sed haurire de iis nequeunt, gravemque hanc adeo poenam luunt, quasi Tantali quidam multati.

Θαυμάζειν σε ἄξιον καὶ διὰ τί τῆς ψδῆς οἱ τέττιγες ἐν
 μίση θέρει ἀπάρχονται. ψυχροί τινες τὴν φύσιν οἱ τέττι- C
 γες, διὸ καὶ μετὰ θερινὰς τροπὰς ἀπάρχονται τῆς ψδῆς, καὶ
 ἤλιον ἀπαρχομένον τὸν ἑαυτῶν μετίασι κέλαδον. ἐφ' ᾧ καὶ
 5 μισημβρίας εἰσὶν ψδικώτεροι. ἡ μέντοι θῆλεια τέττιξ πολὺ
 ψυχροτέρα τοῦ ἄρρενος οὖσα σιωπῶσα ἐφρίζανει τοῖς δένδροισι,
 τὰ Πυθαγόρου ὡσπερ διδαχθεῖσα διδάγματα. πῶς δὲ καὶ
 φθαρτικὰ πτερῶν ἐτέρων ἀετῶν τυγχάνει πτερά; σηπεδονώ-
 δους ταῦτα μετείληφασι φύσεως. οὐκ ἂν σωθεῖη ἕτερα τὰ
 10 πτερά τούτοις συναναμιγνύμενα · θῦττον γὰρ ἐπτεῦθεν ἀπόλ-
 λυνται. διὰ τί δὲ καὶ ὁ χαραδριὸς εἰ ποτε ἀντιβλέψει τῷ
 ἰκτεριῶντι, μύει τοὺς ὀφθαλμούς; οὐχ ὡς τινές φασι, τῷ
 νοσοῦντι βασκαίνων καὶ τὸ φρόνημα πρὸς ὕγαιας μετᾶδοσιν V. 34
 ἔχων ἐπίφθορον · οὐ γὰρ τοῖς ἀλόγοις βασκανία τις μετε- D
 15 σιν, οὐδὲ Προμηθεὺς παρ' ἐκείνοις κολάζεται, ἀγαθοῦ τι-
 νὸς τοῦ πρὸς μεταδοῦς τοῖς ἀνθρώποις. ὀφθαλμὸν δὲ μύ-
 ει χαραδριὸς, ἐπεὶ τὸ πάθος ἀμείβεται καὶ τὴν ὄρνιν εὐθύς
 ἡ νόσος μετέρχεται.

Ἄλλ' οὐδὲ τούτο ἔξωθεν θαύματος, ὡς ἄγρυπνος ἡ ἀη-
 20 δῶν ὅταν ἐπιάζει, διὰ πάσης νυκτὸς τῆς μελωδίας μὴ ἀπο-
 λήγουσα. πῶς τεράπουν τὸ αὐτὸ καὶ πτηνὸν ἢ νυκτερίς;
 πῶς μόνη τῶν ὀρνίθων ὁδοῦσι κέχρηται; ζωογονεῖ μὲν ὡς τε- P. 44

9. ἕτερό τιτα?

Meretur et hoc admirationem, quamobrem cicadae cantum suum
 aestate media primum incipient. nimirum natura frigidae sunt, qua
 de causa post aestivum solstitium canendi faciunt initium; nec nisi
 exorto sole strepunt, ipsoque in meridie maxime sunt canorae. et qui-
 dem semella cum longe sit mare frigidior, arboribus taciturna inhi-
 det, quasi si Pythagorae disciplinā esset imbuta. qui fit ut aquila-
 rum pennae cum aliarum avium pennis commistae illas ipsas absumant?
 nam celeriter admodum pereunt. quamobrem charadrius, si
 quando quem morbo regio laborantem conspicit, oculos claudit?
 non id profecto propterea, quemadmodum aliqui volunt, quod aegro-
 to invidet, livoreque praepediatur quo minus eum rectae valetudini
 restituat. non enim bruta laborant invidia, nec Prometheus apud ipsa
 punitur, quod ignem bonum cum mortalibus communicaverit. sed
 oculos iccirco claudit, quod morbus hic de uno ad alterum transeat;
 adeoque mox aviculam hanc morbus occupat.

Nec illud admiratione caret, quod luscinia vigilans, cum ovis
 incubat, noctem integram canere non desinat. qui vesperillo pariter
 et quadrupes est et volucris? qui avium haec sola dentes habet?
 ac fetificat quidem instar quadrupedum, aëra vero leviter permeat,

τράποδα, επιπολάζει δὲ τῷ ἄερι, οὐχὶ πτεροῦ κομφιζομένη ἀλλ' ὑμένι τινὶ δερματίνῃ. πῶς δὲ καὶ τῶν χηνῶν γένος ἄγρουπνον καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἰσθησὶν δξύτατον; οἴγε ποτὲ καὶ τὴν βασιλίδα πόλιν περιεσώσαντο, πολεμίους τινὰς ἀφανεῖς δι' ὑπονόμων ἀφανῶν δὴ μέλλοντας τὴν ἄκραν 5 τῆς Ῥώμης καταλαμβάνειν μνηύσαντες.

Τίς ὁ τοῖς γυνυὶ προαγγέλλων τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον, ὅταν κατ' ἀλλήλων ἐπιστρατευώσῃσιν; ἴδοις γὰρ ἂν μυρίας ἀγέλας γυνῶν τοῖς στρατοπέδοις παρεπομένας, ἐκ τῆς τῶν ὄπλων παρασκευῆς τεκμαιρομένας τὴν ἔκβασιν, ὅπερ οὐ ἰομακράν ἐστι λογισμῶν ἀνθρωπίνων.

B Καὶ ἄλλας δὲ θαυμάζειν ἔπεισι τῷ προσέχοντι. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς διαδοχῆς τῶν προὔπαρχόντων παράγεται, τὰ δὲ ἐτι καὶ νῦν ἔξ αὐτῆς τῆς γῆς ζωογονούμενα δείκνυται. οὐ γὰρ μόνον τέττιγες ἐν ἱπομβρίαις ἀνίσσιν, οὐδὲ ἄλλα μυρία 15 γένη τῶν ἐμφερομένων τῷ ἄερι πτηνῶν, ὧν ἕκατονόμαστά ἐστι τὰ πλεῖστα διὰ λεπτότητα· ἀλλ' ἤδη καὶ μῦς καὶ βιατράχους ἔξ αὐτοῦ ἀναδίδουσαι, ὅπου γε περὶ Θήβας τὰς Αἴγυπτίας, ἐπειδὰν ὕση λάβρως ἐν καύμασιν, εὐθύς ἀρουραίων μυῶν ἢ γῶρα καταπληροῦται. τὰς δὲ ἐγγέλους οὐκ 20 ἄλλως ὀρωῶμεν ἢ ἐκ τῆς ἰλνός συνισταμένας, ὧν οὔτε φὸν οὔτε τις ἄλλος τρόπος τὴν διαδοχὴν συνίστησιν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς αὐτῆς ἐστὶν ἡ γένεσις.

5. δῆ] ἤδη? 12. ἄλλα?

non alis sed pellicula quadam sublata. qui fit ut anseres pervigiles sint et ad sentiendum obscura latentiaque longe accerrimi? qui quidem olim etiam urbem orbis principem conservarunt, cum hostes quosdam occultos, qui per ignotos abditosque cuniculos arcem Romanam occupaturi erant, indicio suo prodidissent.

Quis hominum caedem vulturibus denuntiat, cum expeditiones adversus se invicem suscipiunt? videas enim tantum non infinita vulturum agmina castra sequi, de armorum apparatu eventus indicia colligentium, quod ipsum a ratiocinationibus humanis parum abest.

Aliis etiam de causis in admirationem quaedam veniunt, si quis animum advertat. quaedam enim volucres de prius existentium propagatione veniunt, quaedam hodieque de terra oriuntur. non enim cicadae tantum e pluviis proveniunt, aliaque plurima quae in aëre volant, pleraque nominibus propriis ob eorum exiguitatem carentia: sed etiam mures atque ranae de eadem prodeunt, quando apud Thebas Aegyptias, si vehementes in aestu pluviae cadant, mox terrenis muribus universa regio completur. nec anguillas aliunde cernimus eriri quam de limo. quippe nec ovīs nec alio quopiam modo propagantur, sed ortum e terra tantum habent.

“Ὅρα δὲ καὶ τὸν ἐρωδιόν. ὁ ἐρωδιὸς εἶδος ὄρνέου ἐστὶ C
 πηγνύτης τὴν καλιάν αὐτοῦ πάντων ἄνωθεν τῶν στρουθῶν,
 ἦγον ἐν τοῖς ὑψηλοτάτοις τῶν δένδρων, καὶ μάλιστα ταῖς
 ἐλάταις. καὶ ὁ Ἀκύλας „ἐρωδιῶν ἐλάται οἴκῳ αὐτοῦ.” πάν-
 5 τῶν οὖν ἄνωθεν τῶν στρουθῶν πηγνύει τὴν καλιάν. κατὰ
 τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ φησι „τοῦ ἐρωδιοῦ ἢ κατοικίῳ ἡγεῖται
 αὐτῶν.” τοσαύτη δὲ σωφροσύνη συζῆν τὸν ἐρωδιόν ὥστε
 ἦνικα πρὸς συνουσίαν ἔρχεσθαι μέλλει, ἡμέρας πενθεὶ τεσ-
 σαράκοντα καὶ μετὰ τὴν συνουσίαν ἑτέρας τεσσαρακοντα· δυο-
 10 ανασχετεῖ καὶ γὰρ τουτί τὸ ὄρνεον εἴ ποτε φύσεως ἀνάγκη
 πρὸς ἄλλα συναυξέσθαι καθέλκοιτο, ἅτε δὴ τὴν ἐντεῦθεν
 ἀηδίαν παριστῶν. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί ποιήσομεν
 ἡμεῖς; οἱ λόγῳ μὲν τετιμημένοι, ταῖς δὲ τοῦ βίου κατὰ το- D
 σοῦτον ἡδοναῖς ἐμπεδούμενοι.

15 Καὶ περὶ μὲν τοῦ πελεκάνου, οὗ καὶ ὁ Δαβὶδ μέμνηται
 λέγων „ὠμοιώθην πελεκάνι ἐρημικῶν,” τί χρῆ καὶ λέγειν;
 τοῦτο τὰ πτηνὸν ἐν ἄκραις πέτραις πηγνύει τὴν καλιάν, τοὺς
 ἐπιβούλους ἐκφεύγειν διὰ φροντίδος παιούμενον. ἀλλ’ ὁ ἐπι-
 βουλος ὄφρις ἦνικα τὸν πατέρα μικρόν τι τῶν τέκνων ἀπο-
 20 πῆναι θεώσεται, τῆς ἐπιβουλῆς παραχρῆμα ἐφάπτεται. καὶ
 ἐπειδὴ μὴ προσεγγίξειν τῇ καλιᾷ δύναται, τὸν ἴον αὐτοῖς
 ἐπιχέει καὶ πόρρωθεν· περισκαπήσας γὰρ πρότερον ὄθεν εἰσ-
 πνεῖ ὁ ἄνεμος, κάκειθεν ἐμφυσήσας αὐτοῖς τὸν ἴον, ἐπάγει

13. δὲ deerat.

Erodium mihi quaeso considera, species haec avis est supra
 quosvis passerres nidificantis, altissimis nimirum in arboribus, prae-
 sertim abietibus. unde Aquila psalmi (103 17) dictum vertens „ero-
 dio” inquit „domicilium sunt abietes.” supra omnes alias certe vo-
 lucres nidificat. iccirco Davides ait „erodii domicilium superat eos.”
 hunc erodium tanta praeditum esse castimonia tradunt, ut cum ad
 Venerem accessurus est, dies quadraginta continuos luceat, et post
 coniunctionem alios totidem dies. aegre enim fert, si quando neces-
 sitate sic exigente mutuum ad coniunctionem pertrahitur, quasi
 quiddam inde sibi ingratae rei accidere significaret. quae si vera
 sunt, quid nos, quaeso, facturi sumus? qui beneficio rationis or-
 nati nihilominus vitae voluptatibus plus aequo sumus addicti.

Quid de Pelecano dicemus? cuius in psalmis suis (101 8) Davi-
 des etiam meminit: „factus sum” ait „pelecano solitario similis.”
 avis haec summis in scopulis nidum exstruit, sollicito ineumbens in
 id ut insidiatores vitet. verum serpens insidiator etiam magno ex
 intervallo virus suum in pullos eius evomit. posteaquam enim circum-
 spexit unde ventus spiraret, ab ea parte veneno adflato interitum eis

P. 45 τὸν ὄλεθρον. ἀλλ' ὁ πατὴρ ἐπιπτάς αὐτοῖς καὶ φροσι-
 κῶς τισὶ λόγοις τὴν ἐπιβουλήν συνιῶν οἶδεν αὐτοῖς ὄθεν ἀνα-
 βιάσονται· κατὰ κορυφῆς γὰρ αὐτῶν ἡρέμα πτερούσεται,
 V. 35 καὶ τὰς πλευρὰς ἐκατέρωθεν ἐπιπλήσσω τὰς πτέρυξιν αἵ-
 ματος αὐτοῖς ῥανίδας ἀφήσει, κἀντεῦθεν οἱ τεθνεῶτες νεοτ- 5
 τοὶ παραδόξως ἀναβιάσκουσι.

Ἐπίγνωθι οὖν, ἀγαπητέ, τίνος ἐνεκεν ἡ παράδοξος αὐτῆ
 περὶ τὰ ἔγγονα τῆ πελεκᾶνι συμπάθεια. σκιαγραφῆσαι γὰρ
 ὁ κύριος τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα κἀν τῆ πτηνῆ τούτῳ θέλων
 Β ἀνέκαθεν, ὅτι τε παράδεισος ἐπισταὶ καὶ ὅτι περ ἐν αὐτῇ οἱ 10
 πρωτόπλαστοι τέθεινται, ὅτι ὁ νοητὸς ὄφης τὸν ψυχικὸν αὐ-
 τοῖς προυξένησε θάνατον, καὶ ὅτι φιλόδοργος οἷα πατὴρ
 ἐπὶ τεθνεῶσι παισὶν ὁ ποιητὴς πάντων θεὸς ἐπ' αὐτοῖς ἐπι-
 κἀμπεται, χρηματίζει τε τὰ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος καὶ πάντα
 τὰ λοιπὰ καταδέχεται, ἐπὶ σταυροῦ τελευταῖον ὑποῦται, καὶ 15
 τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ζωήρουντον αἷμα ἐκχέει εἰς ἀνάπλασιν τῶν
 πρωτοπλάστων ἐκείνων τῶν τῆ ἰψ τεθνηκότων τοῦ ὄφως, τει-
 αὐτῆν τῆ πελεκᾶνι συμπάθειαν περὶ τὰ ἔγγονα κατ' ἀρχὰς
 ἐνεφύτευσε. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Λαβιδὸν προλαβὼν ἔλεγεν
 C, „ὡμοιωθῆν πελεκᾶνι ἐρημικῷ.” πελεκᾶν γὰρ αὐτὸς ὁ Χρι- 20
 στὸς, καλιὰ ὁ παράδεισος, νεοττοὶ οἱ πρωτόπλαστοι, ἐπίβου-
 λος ὄφης αὐτὸς ὁ διάβολος, ἰὸς ὄφως ἡ ἐκ τοῦ διαβόλου

adfert. tum vero pater supra ipsos volans, et naturali quodam in-
 stinctu factas insidias deprehendens, quo pacto recuperare vitam pos-
 sint cognitum habet. nam leniter supra illorum verticem alas expan-
 dens, et feriens utrinque latera, guttas in eos sanguinis demittit.
 quo facto nova et inopinata quadam ratione pulli vitae restitu-
 untur.

Hoc exemplum, dilecte filii, velim mihi consideres. quamobrem
 indita est pelecaneo admirabilis haec erga sobolem adfectio? cum mul-
 to ante dominus hac in ave vellet exprimere cuncta quae nobis ac-
 ciderunt, quod nimirum paradiscus conditus sit, quod in eo collocati
 homines illi primi, quod intellectilis ille serpens animi mortem eis
 conciliaverit, quod opifex omnium deus paterna benevolentia velut
 erga filios motus, homo factus, omnia perpressus, tandem in crucem
 sublatus sit, quod de latere suo sanguinem effuderit, verum vitae
 rivum, ad primorum hominum instauracionem, qui veneno serpentis
 extincti fuerant, ipso rerum initio talem erga sobolem suam adfec-
 tionem pelecaneo insequit. nam propterea per Davidem multo ante
 verbis his usus est „factus sum pelecaneo solitario similis.” etenim
 pelecaneus est ipse Christus, nidus paradiscus, pulli primum conditi
 homines, serpens insidiator ipse diabolus, virus serpentis fraus dia-

πάντως ἀπάτη, θάνατος ὁ ἐκ τοῦ θεοῦ χωρισμός, συμπύθεια πατρική ἢ τοῦ θεοῦ λόγου δι' ἡμᾶς ἐνανθρώπησις. ἡ δὲ τῶν νεοτῶν ὑπερθεὶν ἐπιπέτρυξις ἢ ἐπὶ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ τῶν πρωτοπλάστων ἄνωθεν ἀπαιώρησις, πλευρῶν ἐπίπληξις 5 ἢ τῆς θείας νύξις πλευρᾶς, καὶ τελευταῖον τοῖς τεθνεῶσιν ἐπιστάζον αἷμα ζωόρρυτον· εἰ μὴ γὰρ ζωόρρυτον ἦν, οὐκ ἂν τοῖς κάτω κειμένοις ἐχυρίσατο τὴν ἀνάστασιν. κυλῶς οὖν ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου ὁ κύριος „ὡμοιωθήην πελεκᾶνι ἐρη- D
μικῶ.”

10 *λέγει δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον περὶ τῶν κοράκων ὅτι οὐ σπεύρουσιν οὐδὲ θερίζουσιν, ὁ δὲ θεὸς τρέφει αὐτά. τίνας ἔνεκεν ἐναυθᾶ τῶν κοράκων εἰς ὀνόματος μέμνηται; λέγεται οὖν ὅτι μισοτέκνους ὄντας αὐτοὺς μὴ τρέφειν τὰ οἰκεία νεόττια, τρέφεσθαι δὲ προνοίᾳ θεοῦ ἀπὸ τῶν παραφυ-
15 μένων τῷ ἀέρι ζωῦφιῶν τῷ στόματι αὐτῶν ἐμπιπτόντων. πόσου δὲ καὶ τοῦτο θαύματος ἄξιον;*

*Αἱ μέλισσαι τοὺς κηφήνας ἐράπαξ καταλαβοῦσαι πεφει-
σμένως τύπτουσι καὶ ἀπολύουσιν, εἰ δὲ καὶ αὐθις αὐτοὺς
κατάσχωσι νεκροὺς ἐργάζονται. καὶ αἱ μὲν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ P. 46
20 θερυφοροῦσιν, αἱ δὲ νυκτὸς ἐπαγρυπνοῦσι φυλακῆς χάριν
διὰ τὸ τὰς κοιλιάσας τότε ἀναπαύεσθαι, τῶν δὲ ἔργον ἐστὶ
τὸ τὰς νεκρὰς ἀποκομίζειν ἔξωθεν.*

boli, mors a deo diremptus atque separatio, paterna adfectio dei sermonis facta nostri causa naturae humanae adsumptio, alarum supra pullos expansio Christi supra conditos illos primum homines in crucem sublatio, laterum pulsatio divini lateris punctio, quam secuta est sanguinis vitae fontem continentis destillatio. nisi enim vivificus esset, prostratis resurrectionem impartiri non posset. itaque per vatem dominus praeclare dixit „factus sum pelecaneo solitario similia.”

Perscriptum est in evangelio Lucae (12 24) „considerate corvos, qui neque serunt neque metunt, et deus nihilominus eos alit.” quamobrem hoc loco nominatim corvorum fit mentio? perhibentur corvi sobolem suam odisse, ac propterea pullorum alendorum curam abii- cere. verum ii dei providentia victitare quibusdam feruntur animalculis ex aëre propter ipsos nascentibus et in ora illorum delabentibus. hoc ipsum, quaeso, quantam admirationem meretur?

Cum semel fucos deprehenderunt apes, parce ac leniter in eos irruunt et captos a contubernio suo ablegant sin rursus eos intercipient, morte adficiunt. eadem partim regem veluti satellites stipant, partim nocturnas excubias agunt, quod eo tempore quiescant aliae laboribus fatigatae, partim hoc muneris habent ut mortuas exportent.

Οὐ χρὴ θαναταζειν εἶγε τὰς τῆς σελήνης ἀξομειώσεις μεταβάλλεται ὁ ἀήρ, ὅπου γε καὶ ἐν ζώοις τισὶν ἔστι τοῦτο ἰδεῖν. φασὶ γὰρ τὴν ἴβιν μηδαμοῦ ὄραν ἕτε ἀσέλγρος ὁ οὐρανός, μύειν δὲ καὶ ἄσιτον μένειν. ὁ δὲ κέρκωψ προδήλο-
 5 τέρας ἔχει τὰς ἐνεργείας· ὅτε γὰρ αὖξει ἡ σελήνη, ὁ τῶν 5 ὀφθαλμῶν κύκλος τούτῳ εὐρύνεται, ὅτε δὲ μειοῦται, συστέλλεται. ἀλλὰ καὶ ἡ γαλῆ λειψοφωτούσης τῆς σελήνης ἥπατος λείπεται· ἀξίφωτούσης δὲ πάλιν αὐτῆς τὸ τοιοῦτον αὐτῆς
 V. 36 γεννάσθαι λίθον λίχνην καλούμενον, ὃς σελήνης ἀξομένης ἤχον 10 μελωδίας ἀποτελεῖ. καὶ ἐν ποταμῷ δὲ Κελτικῷ διατῖσθαι ἰχθύν κλωπίαν ἐγχωρίως καλούμενον, ὃς ἀξομένης τῆς σελήνης λευκαίνεται μειομένης δὲ μέλαινεται. ταῦτα δὲ τῆ
 15 ἑξαήμερῳ αὐτοῦ συμπεριεῖληφεν ὁ μέγας Ἀναστάσιος.

Ἄλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἀπιστοῦντας ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἐπιγε- 15
 C λῶντας τῆ ἀναστάσει, καθά φησιν ὁ μέγας Ἐπιφάνιος, πα-
 20 ράδοξά τινα προφηκονόμεσαν γίνεσθαι. ἡ φάσκα θνήσκει ἡμέ-
 25 ρας τεσσαράκοντα, καὶ πάλιν ἀνίσταται. ὁ μύωψ θνήσκει
 30 μῆνας ἕξ, καὶ πάλιν ἀνίσταται. ὁ φοῖνιξ ὁ Ἀραβικὸς ὄρνις
 λέγεται εἶναι μονογενής, ἄζυγος ἐν τῇ δημιουργίᾳ, κατὰ ἔτη 20
 πεντακόσια τοῦτο πάσχει ὁ καὶ φαιδρὰν προῖσθαι τὴν ἀνά-

19. ὄρνις δε 1.?

Mirum videri non debet una cum incrementis ac deminutionibus lunae aëra quoque mutari, quando nonnullis in animalibus idem usuvenire videmus. nam tradunt ibim coelo luna carente nihil cernere sed oculos habere clausos, nec cibis ullis uti. et quidem in simio, quem cercopem vocant, effectiones hac in parte sunt illustriores: nam cum augetur luna, oculorum orbis ei dilatatur, cum deminuitur, et ipse contrahitur. quinetiam mustela deficiente lunae lumine iecur imminui sentit; eademque rursus crescente, membrum idem vicissim augetur. perhibent etiam in Hydaspes fluvio lapidem quandam nasci quem Lichnen vocant: is augete luna sonum dulcis cantus edere fertur. in flumine quodam Celtico piscem existere tradunt, qui ab incolis Clopias appelletur: is luna crescente albescit, deminuta nigricat. atque haec quidem etiam libro suo de sex primorum ab ortu mundi dierum opificiis magnus Anastasius ille complexus est.

Caeterum praeter illos quoque qui resurrectionem futuram non credunt vel potius eam irrident, ut eximius ille noster Epiphanius ait, admirabilia quaedam et nova deus uti fierent consilio singulari instituit. phascusa dies XL mortua reviviscit. myops sive tabanus VI totos menses mortuus vitam recuperat. phoenix avis est Arabica, quae et unigena et comparis expers fertur in creatione rerum existi-

- σπασιν. αὐτοὶ καὶ γὰρ οἱ Ἕλληνες περὶ αὐτοῦ διηγοῦνται ὅτι προγόνος τὸ τέλος αὐτοῦ ἔρχεται περὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου ἴσταται, εἶτα τεφροῦται, καὶ ἀπὸ τοῦ χοῦ αὐτοῦ σκώληξ γεννᾶται; καὶ αὐτὸς αὐθις εἰς πτηνὸν μεταβάλλεται. τὸν φοίνικα δὲ τοῦτον, ὡς εἶπομεν, μετὰ ἑτῆ D πεντακόσια εἶωθε γίνεσθαι. ὁ δὲ στρουθὸς ὁ Λιβυκὸς ὄρνις μὲν ἐστὶ, πτερωτὸς δὲ, οὐ πέταται δὲ διὰ τὸ τὰ πτερὰ αὐτοῦ μὴ χρησιμεύειν εἰς πτήσιν· τριχοειδῆ γάρ. καὶ δίπους μὲν ἐστὶν ὡς ὄρνις, διχηλεῖ δὲ ὡς τετράπους. ἀλλὰ καὶ 10 μονότοκον οὐδὲν τῶν ὀρνίθων ἐστίν, εἰ μὴ μόνος ὁ κόκκυξ διὰ τὸ ψυχρὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως. ὅτι δὲ ψυχρὸς, δῆλον ἐκ τῆς δειλίας αὐτοῦ· καὶ γὰρ εἰ μὴ ἦν δειλός, οὐκ ἂν ὑπὸ πάντων ἐδιώκετο τῶν ὀρνέων, κἀντεῦθεν ἐν ἀλλοτρι- αῖς ἔτικτε νεοττιαῖς. πανταχοῦ δὲ ἡ ψυχρότης αἰτία δειλίας.
- 15 Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτό σε παραδραμεῖν, ἀγαπητέ, βούλομαι, P. 47 παραδοξότερον καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὄν, ὃ περὶ ὄρνιθος τοῦ καλουμένου μέροπος ὁ Αἰλιανὸς ἱστορεῖ, „μέροψ” λέγων „τὸ ὄρνεον εἰς τοῦπίσω πέταται.” καὶ ἔπεισέ μοι θαυμάζειν τὴν ἐπίσημον ἀναφορὰν ἣν ἐκείνο ἄγει τὸ ζῶον.
- 20 Τὸ δὲ τὸν ἀλεκτρούνα νυκτὸς ἄδειν ἐν ὠρισμένοις καιροῖς οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς τινὲς μὲν ἐφρυ-

 οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ κύριος ἔλεγε „γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις.”
 καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Γίνωσκε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι διάφορά εἰσι καὶ ποικίλα γέ-
 20 νη τῶν ὄφρων. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν θᾶπτον ἀναιροῦσιν οἱ δὲ δ
 βραδύ, καὶ ἄλλοι μὲν δῆγμασι τὸν ὄλεθρον φέρουσιν ἕτεροι
 δὲ καθ' ἕτερον τρόπον. αὐτίκα ὁ ὄφεις καλούμενος βασιλί-

2. εἰδῶς] οἶδεν αὐτῆ? 11. ἔρχεσθαι] adde ὀφείλομεν. 14.
 ἅτε] ὥστε?

put tegit, quasi sciret eo vitam suam contineri. sic etiam nos tem-
 pore persecutionis facere debemus: relinquemus scilicet omnia, mo-
 do caput retineamus atque servemus, quod Christus est et ipsa fides.
 idem serpens ubi consenuit et oculorum hebetudine laborare coepit,
 primum temperanter vicitat et ieiunus aliquandiu manet, deinde per
 artum quendam meatum in terram penetrans, et modo quodam inu-
 sitato cutem totam exuens, iuvenis inde discedit. sic nos quoque,
 cum ex peccatis consenuimus, per artam viam incedere debemus, ut
 hoc pacto innovati ad statum condicionemque pristinam revertamur.
 quodsi aliquando sitiit inque puteo contacturus est aquam, primo
 virus suum evomit, ac deinde ad fontem accedit. sic etiam nos, cum
 ad divinum illud poculum accessuri sumus, et urentia nos peccata
 sanemus, omnem prius vitiositatem debemus abicere, atque ita nos
 ad sacrosancta mysteria conferre. quamobrem a domino praeclare dic-
 tum vel de commemoratis intelligimus „sitis astuti ut serpentes.” ac
 de his quidem hactenus.

Debes autem praeterea scire serpentum esse varia diversaque ge-
 nera. nam alii celerrime perimunt, alii tardius. item alii morsu per-
 niciam adferunt, alii quodam alio modo. serpentes is quem Basiliscum

σκος, οὐδ' καὶ ὁ σοφὸς μέμνηται Γαληνὸς περὶ Ἱθριακῆς πρὸς Πίσωνα τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ ἀπὸ μόνης ὄψεως ἀναίρει τοὺς ἑωρακώτας αὐτόν. ἔνθεν τοι τὸν βύσκανον ὀφθαλμὸν τοῦ τοιοῦτου ὄψεως διενηνοχέται φησὶν ἢ γραφῆ· καθάπερ γὰρ ἀπὸ τοῦδε τοῦ θηρὸς ὀλέθριόν τι ῥέυμα ἐκφέρεται πα- 5
 V. 45 ραχρῆμα διαφθεῖρειν δυνάμενον, οὕτω καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ
 P. 58 βασκάνου ὀφθαλμῶν. καὶ τὸ δὴ θανμαστόν, ὅτι καὶ αὐτοῖς
 καινὸν ἐπὶ τούτοις οὐδέν· ὁ γὰρ πεφύκασι, οὐχ ὁ βού-
 λονται ποιοῦσι. καὶ μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν· εἰ γὰρ 10
 ἑαυτῶ, καθά φησι Πλούταρχος, ὁ Εὐτελίδας ἐβάσκηεν τὴν
 ὄψιν αὐτοῦ κατιδὼν ἐν ὕδατι καὶ τῆς ὥρας ἐκπλαγεῖς, πολ-
 λῶ μᾶλλον ἑτέροις ἐπάξει τὸν ὀλεθρον ὁ βάσκανος ὀφθαλμός,
 βέλος ὡσπερ ἰῶδες τοῖς ὀρωμένοις τούτῳ ἐνιείσθαι. καὶ ταῦτα
 μὲν ἢ πεῖρα καὶ ὁ χρόνος ἀνέκαθεν ἔδειξεν· οἱ γὰρ ὀφθαλ- 15
 μοὶ καὶ θρῶσι καὶ πάσχουσι, ποτὲ μὲν πέμποντες ποτὲ δὲ
 δεχόμενοι, ὡς ἐπὶ τῶν ἐρωμένων ἔστιν ἰδεῖν. ὁ δὲ μέγας
 Βασίλειος ἐν οἷς ἐπέξηγεῖται τὴν τοῦ τριακοστοῦ τρίτου ψαλ-
 B μοῦ ἐπιγραφὴν, καὶ τάδε φησὶν „ἀλλ' ἐγὼ τοῦτο μέντοι, τὸ
 βέλος ἰῶδες ἐκπέμπειν τοὺς ὀφθαλμούς, ἀπόπεμπομαι ὡς 20
 δημῶδες καὶ τῇ γυναικωνίτιδι παρσισάχθην ὑπὸ γραιδῶν·
 ἔκεινο δὲ φημι, ὅτι οἱ μισόκαλοι δαίμονες, ἐπειδὴν οἰκείας
 4. διενηνοχέται] inmo οὐδὲν διενηνοχέται. 12. κατιδὼν] καὶ
 ἰδῶν P.

vocant, cuius etiam sapiens ille Galenus meminit ad Pisonem de Theriaca disserens, solo intuitu necat eum qui ipsum adspexit. quo fit ut litterae sacrae nihil oculum invidum ab eiusmodi serpente differre tradant. quemadmodum enim ab hac bestia quiddam exitiale promanat, quod hominem continuo perimere potest, sic etiam de invidi oculis consimile quiddam exit. et mirum hoc in primis, quod suis nonnunquam perniciem adferant. neque tamen hoc novum cuiquam videatur: faciunt enim id ad quod a natura sunt comparati, non quod volunt. quodsi Eutelidas, ut est apud Plutarchum, suos ipsius oculos in aqua conspectos fascinavit, cum formae venustatem suam fuisset admiratus, multo magis invidus oculus alii perniciem feret, quasi telum quoddam venenatum corporibus iis quae contue- tur immittens. et haec quidem tum experientia tum superiora tempora docuerunt. nam oculi partim agunt partim patiuntur, nunc aliquid emittentes nunc recipientes, quemadmodum amantibus et amantibus usuenire videmus. magnus ille Basilius inscriptionem Psalmi XXXIII enarrans „equidem” ait „id quod fertur, oculos telum quoddam venenatum eiaculari, tanquam vulgare ac a vetulis excogitatum in mulierum conclavibus reiicio. dico autem malos genios, qui odio boni flagrant, si quas reperiant consentaneas ipsis et addictas volun-

ἐαυτοῖς εὐρωσι προουρέσεις, παντοίως, ὥστε καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν βασικάνων.”

Διαληφθεῖς οὖν ὁ ὄφης, τουτέστιν ὁ βασιλόσκος, οὐ μόνον τῷ βλέμματι τοὺς ἐνορῶντας αὐτὸν καταβλάπτει, ἀλλὰ καὶ συριγμῶ τὸν ἀκούοντας. ὑπόξανθος δὲ ὁ τοιοῦτος ὄφης ἐστίν, ὡς περ φησὶ Γαληνός, ἔχων ἐν τῇ κεφαλῇ ἐπαρτήματα τρία. σὺν τῷ τοιοῦτῳ δὲ καὶ ἑτέρων ὄφρων μέ- C
μνηται λέγων, ἢ δρυῖνος ὄφης πᾶνυ κακίστη, ἢ καὶ ἐν δρυ-
σι τὸν βίον ποιουμένη. ταύτης εἶ ποιεῖ τι καὶ ἐπιβαίη, τοὺς
10 πόδας εὐθὺς ἐκδέρεται καὶ ὀγκοῦται. ἀλλὰ καὶ ὁ θεραπεῦ-
σαι τούτους θελήσας ὁμοίως πάσχει τὰς χεῖρας. ὁ δὲ γε
αἰμορροῦς καὶ ἡ αἰμορροῖς τοῖς ἑαυτῶν ὀνόμασι ὁμοίαν ποι-
οῦνται τὴν τῶν ἀνθρώπων διαφθοράν· αἰμορροοῦντες γὰρ
διὰ τε μυκτῆρων καὶ στόματος καὶ παντὸς ἀπλῶς τοῦ σώ-
15 ματος οὕτως ἀπόλλυνται, ὡς περ καὶ ὑπὸ τῆς διψήδος δη-
χθέντες ὑπὸ τοῦ καύσου διαφθειρόμενοι κακῶς· καὶ γὰρ
οὔτοι διψῶντες πᾶνυ καὶ διακαιόμενοι, ἔτι καὶ διαρρηγνύμε-
ται, τελευτῶσιν. ὁ δὲ ἀκοντίας ἐκτείνας ἑαυτὸν πᾶνυ, καὶ D
ὡς περ τι ἀκόντιον ἐφαλλόμενος τοῖς σώμασι, οὕτως ἀναι-
20 ρεῖ. καὶ τῶν ἀσπίδων ἡ λεγομένη πτυὰς ἀναστείλασα τὸν τρά-
χηλον καὶ συμμετρησαμένη τοῦ διαστήματος τὸ μῆκος, ὡς περ
καὶ τότε λογικὸν γενόμενον τὸ θηρίον, εὐστόχως ἐμπτύει τοῖς

1. παντοίως] παντοίως καταχρῶνται Leunclavius.

tates, iis omnino pro lubitu et arbitrato suo abuti. quo fit ut etiam fascinatorum oculis ad suae voluntatis ministerium utantur.”

Basilius quidem, de quo nunc loquimur, non hoc tantum modo, verumetiam sibilo laedit aures audientum. et est colore subflavus, ut tradit Galenus, inque capite tres habet cristas. praeter hunc meminit idem aliorum quoque serpentum. serpens, ait, quercinus maxime noxius est, et intra quercus degit. quodsi quis calcat, mox cutem pedum amittit et intumescit; idque consimiliter accidit illius manibus qui medicinam his vult facere. haemorrhus et haemorrhoidis ita necant homines ut vocabulis ipsis significatur: nam laesi ab his sanguinem per nares os totumque adeo corpus emittendo moriuntur. quemadmodum qui a dipsade morsi sunt, ab aestu miserè pereunt: quippe vehementer sitientes ac perusti, nonnunquam etiam dissili- entes extinguntur. acontias autem sive iaculator, semet admodum extendens quasique iaculum quoddam in adversa insiliens, corpora sic ea perimit. itidem inter aspides ea quae Ptyas appellatur ab ex- spuendo, collo extenso et intervalli magnitudinem velut emensa, quasi eo ipso tempore fieret bestia rationis particeps, virus suum accurate citraque aberrationem in corpora expulit tradunt autem

σώμασιν ἰόν. τριπλοῦν δὲ λέγουσιν εἶναι τὸ εἶδος τῶν ἀσπίδων, ἣ λεγομένη τε χερσαία, ἣ χελιδοναία, καὶ αὕτη ἣ πτυάς. τούτων ἐνὶ τῶν τριῶν τὴν βασιλίδα Κλεοπάτραν ἀναίρεθῆναί φασι, λαθεῖν βουληθεῖσαν τοὺς φυλάσσοντας, ταχέως τε καὶ ἀνυπόπτως ἀποθανεῖν. ὁ γὰρ Ἀύγουστος Καῖσαρ 5
 P. 59 πρὸς δὲ καὶ θριαμβευθῆναι, οὐ καλὸν αὐτῇ προυξένης μορῶν. συνέισα γὰρ ἐκείνη τὸ δρᾶμα, κἀντεῦθεν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι δίκαιον κρίνασα, διὰ τινῶν δύο γυναικῶν αὐτῆς, Ναιίρας καὶ Χαρμιόνης, τὸν ἑαυτῆς θάνατον μελετᾷ. διὰ 10
 γοῦν καλαθίσκου τινὸς σῦκα καὶ σταφυλὰς ἔχοντος, χάριν τοῦ λαθεῖν τοὺς αὐτὴν φυλάσσοντας, εἰσάγεται τὸ θηρίον· καὶ πρῶτα μὲν αὐτὸ ταῖς γυναιξὶ δοκιμαίει, εἶτα γνοῦσα ὡς ὄξυ τὸ θηρίον εἰς ἀναίρεσιν, θέλουσα δὲ καὶ εὐγενῶς ἀποθανεῖν, τὴν βασιλικὴν ἐνδύεται στολὴν, καὶ οὕτως τὸ 15
 V. 46 θηρίον προσβαλοῦσα τῷ ἀριστερῷ μαζῶ (ἦδει γὰρ ἐκεῖσε νεύειν τὴν καρδίαν) βασιλικῶς ἀποθνήσκει· καὶ γὰρ λέγουσιν αὐτῆς εὐρεθῆναι τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐπικειμένην τῇ κεφαλῇ καὶ τὸ διάδημα κρατοῦσαν, ἵνα μέχρι τότε τοῖς ὄρωσι βασιλῆς οὖσα βλεπῆται. τούτων μέντοι τῶν θηρίων ἐμνημόνευσεν ὁ 20
 Γαληνός, τὴν ἐξ ὄλου τοῦ σώματος αὐτῶν διδάσκων διαφθοράν, καὶ ὡς οὐ χρὴ τῷ φαρμάκῳ, τῇ θηριακῇ δηλονότι,

6. αὐτήν?

aspidium genus esse triplex, quarum aliae dicantur terrestres, aliae chelidomaeae, quasi dicas hirundineas, aliae ptyades, de quibus dictum. ex his tribus una reginae Cleopatrae mortem attulit, cum fallere custodes adhibitos sibi vellet, ac celeriter citraque suspicionem omnem mori. vicerat enim hanc Augustus Caesar, cumque vellet eam sese cum Antonio dedere, quo de ipsa triumpharet, ad genus hoc mortis excogitandum mulierem adegit. nam ubi quid moliretur Augustus intellexisset, ideoque recte se facturam statuisset, si quamprimum vitam abrumperet, duarum quarundam muliercularum opera, nimirum Nairae ac Charmiones, ad mortem sibi conciliandam utitur. itaque fallendi custodes causa in quasillo, quo fici et uvae continebantur, ad eam aspis infertur. eius vim primum in mulierculis ipsis explorat. deinde cognito bestiolam ad necandum efficacissimam esse, simul extingui generose nobiliterque volens, regio se ornatu induit. atque hoc modo sinistrum ad latus, quo tendere cor propius sciret, adhibita bestiola regia quadam cum dignitate moritur. aiunt enim repertam manum ipsius dextram impositam capiti, qua diadema teneret, ut tum quoque spectantibus reginam se ostenderet. harum igitur bestiarum Galenus mentionem fecit, quo pacto perniciosae sint, ex toto corpore declarans, simulque significans non debere pharma-

τοιαῦτα παραμίγνυσθαι. ἐφ' ᾧ τὰς ἐχίδνας παραλαμβάνομεν, σὺν τῷ σφραϊφί τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνοντες, ἐν οἷς ὁ κακίων χυμὸς, τουτέστιν αὐτὸς ὁ ἰός. τὰς μέσας οὖν σάρκας ἐκβάλλοντες ἰσχυρότερον ποιοῦμεν τὸ φάρμακον.

5 Εἰ δὲ καὶ ὕδεν ἐπενοήθη τῶν ἐχιδναίων σαρκῶν ἡ ἐπί-
 μιξις ἐθέλεις μαθεῖν, ὁ παρὰ πᾶσι σχεδὸν φερόμενος λόγος
 καὶ τοῦτο ἤδη διδάξει σέ. λέγεται γὰρ ὅτι κατὰ τὴν προ-
 σβυτέραν Ῥώμην ὄρη θέρους ἄνδρες τινὲς στάχνας ἔτιλλον.
 καὶ τοῦτο ποιοῦντες δίψει γίνονται κάτοχοι. ταύτη τοι καὶ
 10 πρὸς ἀγγεῖον ἔτρεχον οἴνου μεστόν, ἐλπίζοντες ἐκεῖθεν ἀπαλ-
 λαγὴν τῆς δίψης εὔρειν. ἀλλ' ἐσφάλησαν τοῦ σκοποῦ· ἔχρι
 γὰρ ἐκεῖθεν αἰφνιδὸν ἐκηθήσασα τῆς ὀσμῆς αὐτοὺς ἀνεχαί-
 τισε. τί τὸ ἐπὶ τοῦτοις; λαμβάνουσι τὸν οἶνον καὶ ἀνθρώπων
 15 τινὶ λελωβημένῳ διδῶσιν, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν θάπτον ἐκοτῆ-
 ῖναι τῶν ὡδῶν καὶ μὴ τὸ ζῆν οὕτως ἔχειν ἐπώδυνον. δέχεται
 τὸν οἶνον ἐκεῖνος, μεθ' ἧδονῆς ἐκροφᾷ, καὶ παραχρῆμα τῆς
 πόσου λύτρωσιν εὔρατο. ἔκτοτε οὖν αἱ τῆς ἐχίδνης σάρκες
 ἐμβάλλονται τῷ φαρμάκῳ. ἀλλὰ καὶ θηριακὴν τὸ τοιοῦτον
 διὰ τὰς τῶν θηρίων σάρκας ἐπονομάζουσι, καὶ ὅτι τοῖς ἀπὸ
 20 τῶν ὄφειων δῆγμουσι καὶ μάλα τὸ τοιοῦτον ἀρμόττει. τῆς δὲ
 τοιαύτης ἐπινοήσεως Ἀνδρομάχος τις γέγονε αἴτιος, καθά
 φησι Γαληνός, συνακμάσας τῷ Νέρωνι.

co, id est theriacae quaedam misceri. quo fit ut cum ad usum earum viperas sumimus, una cum cauda caput praecidamus, quibus in partibus humor ille deterior, nimirum virus ipsum, existit. ideoque carnes medii corporis exsecantes pharmacum praesentius efficitur.

Quodsi etiam scire cupis unde primum sit ortum, quod theriacae viperarum carnes miscentur, hoc ipsum ex nota vulgo narratione facile cognosces. proditum est enim memoriae quosdam iuxta Romam veterem, cum aequo tempore spicas vellerent, siti fuisse correptos. itaque vasculum ad quoddam vino plenum cucurrisse, quod eo se sitim extincturos sperarent. verum ea spe excidisse: nam vipera subito inde prosiliens homines ab instituto revocabat. quid secundum haec evenit? sumunt vinum, idque cuidam homini misere adfecto porrigunt, ut hoc epoto citius tantis doloribus liberaretur, nec usque adeo tristem amplius vitam ageret. accipit oblatum ille vinum, et cum voluptate exhaurit. mox sese morbo liberari animadvertit. quamobrem ab illo tempore carnes viperinae huic pharmaco misceri consueverunt, cui theriacae nomen datum est a feris atque bestiis, quibus ad eam conficiendam utimur. et conducit in primis ad sanandos serpentum morsus. auctor inventi princeps fuisse fertur Andromachus quidam, ut Galenus scripsit, qui Neronis aetate vixit.

Πρὸς δὲ γε τὰς εἰρημένους, ἐλιττομένους ἀλλήλοις γίνωσκει τοὺς ὄφεις ὀχεύεσθαι, καθὰ δὴ καὶ τοὺς ἐχίνους δροΐδους ἰσταμένους διὰ τὴν ἄκανθαν. εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν βούλει μαρτυρεῖν δι' ἣν οἱ ὄφεις χειμῶνος μὲν τῇ γῆ καταδύονται, θέρους δὲ τοὺς ἄνω τόπους ἐπιζητοῦσι, σαφῆς ὅτι καὶ αὕτη ἐστὶ. 5
 ψυχρὸς ὁ ὄφις ἐστὶ καὶ ξηρὸς καὶ νευρώδης καὶ δλιγδαίμος, ἐφ' ᾧ καὶ τοὺς θερμούς αἰεὶ τόπους ἐξ ἀνάγκης ἐπιζητεῖ· καὶ ἐπειδὴ χειμῶνος μὲν ἢ θερμότης κάτω χωρεῖν εἴωθε, θέρους δὲ ἄνωθεν ἐπιπολάζει, διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἑαυτοῦ νομάς πρὸς γε τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν ὑπαλλάττει ὁ ὄφις. ὅρα γὰρ ὅτι 10
 καὶ τὰ φρεατιατὰ ὕδατα θέρους μὲν τυγχάνει ψυχρὰ, χειμῶνος δὲ θερμά. τῆνικαῦτα καὶ γὰρ τῆς ψυχρότητος ἄνωθεν ἐπιπολαζούσης εἰς τὸ βάθος ἢ θερμότης χωρεῖ, ὅθεν καὶ 15
 Β θερμά τυγχάνει κατὰ γε τὸν χειμῶνα τὰ ὕδατα. τὴν τε γὰρ ψυχρότητα καὶ θερμότητα κατὰ γε τὸν αὐτὸν τόπον καὶ χρονον ἅμα μένειν ἢ φύσις οὐκ ἐνομοθέτησεν.

Ἀλλὰ καὶ τοῦτο πρὸς τοὺς ἄλλοις εἰδέναι σε βούλομαι. τοὺς μεγίστους ὄφεις δράκοντας εἴωθε καλεῖν ἢ γραφῆ, καὶ μᾶλλον ἤνικα περὶ τῆς ῥάβδου λέγει τοῦ Μωσέως, μεταβληθῆναι μὲν εἰς ὄφιν τὸ πρότερον, εἰθ' οὕτως εἰς δράκοντα, 20
 κἀντεῦθεν τὰς ῥάβδους τῶν ἐπαοιδῶν τοῦ Φαραῶ καταπιεῖν, καὶ αὐτὰς δῆθεν εἰς ὄφεις μεταβληθείσας. ἀλλὰ καὶ

5. δτι] δὲ? 10. τοῦ doerat.

Caeterum praeter hactenus indicata scire debes convolutos serpentes coire, quemadmodum erinacei coeuntes ob spinas recti stare solent. quodsi causam lubet cognoscere quamobrem serpentes hieme terram subeant, aestate rursus ad loca superiora prodeant, perspicuum est illam huiusmodi quandam esse. natura serpens frigidus est, siccus, nervosus, exigui sanguinis, quo fit ut necessario loca semper calida quaerat. cumque per hiemem calor ad ima tendere soleat, per aestatem sursum in superficie terrae quasi dispergatur, propterea serpens etiam regiones locaque sua pro aëris constitutione mutare consuevit. nam et aquae puteales per aestatem frigidae sunt, per hiemem calidae. tunc enim frigore partes puteorum supremas occupante calor ad ima tendit. quae causa est, cur eiusmodi aquae per hiemem caleant. quippe natura nequaquam instituit ut frigus atque calor eodem in loco eodemque tempore simul existant.

Volo te hoc quoque praeter exposita scire, consensisse sacras litteras serpentes maximos appellare dracones, praesertim cum de Moisis virga loquuntur, fuisse quidem illam prius in serpentem commutatam verum deinceps in draconem, ac secundum haec virgas praestigiatorum Pharaonis devorasse, quae et ipsae in serpentes erant commutatae. itidem vates ille Davides de cetaceo genere loquens „dra-

ὁ προφήτης Δαυὶδ τὸ κηταῖον ὑπεμφαίνων γένος οὕτω φησὶ
 „δράκων οὗτος ὃν ἐπλασας ἐμπαίξειν αὐτῇ.“ τοιοῦτον δὲ γέ-
 νος ὅποιον ἄρα φημίζουσιν οἱ πολλοί, μέχρι καὶ τήμερον γε-
 γραμμένον οὐχ εὐρομεν· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ τὸ ἀστραπαῖον V. 47
 5 ἄνωθεν καταρρήγνυται πῦρ, ἐπὶ τῷ τοῦς τοιοῦτος δράκων- C
 τας ἐμπαίξειν. τὸ μὲν οὖν δρακόντειον γένος ξηρῶν τε τὴν
 φύσιν ἔστί καὶ [τὴν φύσιν] διάπυρον· πῦρ γὰρ καὶ οἱ
 ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἀποβλέπουσι. καὶ ὃν δὲ ἐξεμοῦσιν ἰόν, κα-
 πνώδης ἐστί, καὶ διαιρεῖ τὰ σώματα ψαύσας αὐτῶν. ἔνθεν
 10 τοὶ καὶ εὐρηστος ἐστὶν ὁ δράκων, δι' ἣν ἔχει ξηρότητα, καὶ
 πρὸς κατάφλεξιν ἐπιτήδεως. πεφόβηται οὖν διὰ ταῦτα τὸν
 κεραιόν, καὶ ἀλλόμενός ἐστιν ὅτε δι' ἀέρος φέρεται, τόπους
 τε καθήγρους ἐπιζητεῖ καὶ ἐπὶ λίμνας καταφεύγει· οἶδε γὰρ
 15 ὅτι διὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ ξηρότητα καὶ ἀπὸ διαστήματος τῷ
 κεραιῶν πυρὶ καταφλέγεται. ἔνθα πον τύχοι λοιπὸν ὁ δρά-
 κων συρίττων καὶ διωὼν, ἐπειδὴν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐλαύνε- D
 ται, τότε δὴ τὰ παρακείμενα μέρη συγκαταφλέγεται. πολ-
 λάκις γὰρ καὶ δράκοντος ἄτερ ἤχοι τινες ἀξακούονται ἄσημοι,
 τοῦ πυρὸς ἄνωθεν καταρρηγνυμένου καὶ σώμασι τοιοῦτοδε ἢ
 20 τοιοῦτοδε προσπίπτοντος. ὅσοι δὲ φασὶ τῶν ἐντετυχηκῶτων
 ταῖς τοιαύταις καύσεσιν ὅτι τεθέονται χοῖρον γουλλίζοντα ἢ
 μηκάζον αἰπόλιον ἢ βοῦν μυκῶμενον, ἑαυτῶν τε καὶ τῶν
 ἀκροατῶν καταψεύδονται· οὐδὲν γὰρ τεθέονται, ἀλλ' ὁ φό-

co" inquit „iste, quem condidisti, ut in mari luderet." caeterum ge-
 nus eiusmodi draconum. quale quoddam existere vulgo perhibetur,
 hactenus descriptum sane nusquam deprehendimus. nec propterea
 fulgureus ignis deorsum fertur, ut huiusmodi dracones exurat. ipsa
 draconum natura sicca est et substantia quadam ignea constat. quip-
 pe de ipsorum oculis etiam ignis emicat, et venenum quod evomunt
 fumosum est, corporaque contacta dissilire facit. inde fit ut ad in-
 flammationem dispositus sit draco, siccitatis suae causa. quamobrem
 sibi a fulmine metuit, et nonnunquam exsilens per aërem fertur.
 quaerit item humida loca et ad stagna confugit. novit enim se pro-
 pter insitam sibi siccitatem etiam ex intervallo quodam remotum ab
 igne fulminis exuri. saepenumero quidem soni exaudiuntur obscuri,
 tanquam draconis, cum fulgur deorsum fertur ac vel in haec vel illa
 corpora irrui. qui autem perhibent (de iis loquor quibus eiusmodi
 se obtulerunt inflammationes) se porcum grunnientem conspexisse, ut
 gregem caprarum balantem vel mugientem bovem, tam seipsos quam
 alios haec audientes mendacio decipiunt. nihil enim eiusmodi vide-
 runt, sed imaginationes earum rerum a metu proficiuntur. quodsi

βος αὐτοῖς τὰς τοιαύτας μορφώσεις εἰδωλοποίησεν. εἰ δ' ἕως καὶ βάσκανος δαίμων τὸ σῶμα τοῦ δράκοντος ἐνδυσόμενος εἰς ἐκεῖνα τῶν μερῶν ἄγει τὸν θῆρα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ὡσπερ διωκόμενον, ὡς δὴ βασκαίνειν ἐξ ἀρχῆς εἶωθεν, οὐδ' οὗτος P. 61 ὁ λόγος ἀπέβλητος. ἀρχαῖον γὰρ αὐτῷ ἐνδιαίτημα τὸ τοι-5 οὔτον γένος, ἥνικα καὶ μᾶλλον ἡμᾶς ἐξορίστους δι' αὐτοῦ τοῦ παραδείσου πεποίηκεν, ὅθεν καιρὸν οὐδὲν εἶγε καὶ τῆς γῆς ταύτης ἀπώσασθαι φιλονικεῖ διὰ φθόνον ἡμᾶς.

Καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως· εἰ δὲ τὴν αἰτίαν ἐπιζητεῖς δι' ἣν αἰλουροὶ καὶ νυκτερίδες νύκτα καὶ μόνην ἀκριβῶς ὁρῶ- 10 σιν, αὕτη ἐστί. τὸ ὀπτικὸν πνεῦμα πάντως λεπτότατον ἔχουσιν. ἐν τῇ νυκτὶ οὖν μετρίως παχυνόμενον τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν τῶν ὀρατῶν ἀντίληψιν ἐπιτήδειον γίνε-ται· κατὰ γὰρ τὴν ἡμέραν ὡς λεπτότατον διαφορεῖται τε B καὶ σκεδάγνυται. τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἐστὶν ἰδεῖν καὶ ἐν 15 αὐτοῖς τοῖς λέουσιν. ἔνθεν τοι καὶ τὰς ἡλιακὰς μαρμαρυγὰς οἱ λέοντες φεύγοντες δι' ὅλης ἡμέρας καὶ ἄκοντες κρύπτονται· εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, τάχα ἂν ἀκωλύτως ἐν ἡμέ-ρα περιπατοῦντες οὐ μικρῶς ἔβλαπτον τοὺς αὐτοῖς ἐντυγχά- 20 νοντας.

Γίνωσκε καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ λέων διωκόμενος συστέλλει τὰ ἔγνη αὐτοῦ. οὕτω ὁ κύριος κατερχόμενος ἐπὶ τῆς γῆς τὸν τῆς παρουσίας καιρὸν πάντη συνέστειλε διὰ τὸν διάβολον

fortasse daemon ille praestigiator et invidus, serpentis indutus corpore, feram hanc, velut igne ipsam urgente, in animalia mansueta irruere facit, cum inde usque ab initio invidia quadam prosequatur, non hoc ita proferri putabitur ut omnino sit reiiciendum: nam genus hoc ferarum sibi pro domicilio iam olim usurpavit, cum per id nos paradisi finibus eiecit; itaque nihil novum, si motus invidia cupit hac etiam terra nos expellere.

Ac de his quidem hactenus. quodsi causam vis cognoscere quam-obrem feles et vespertillones tantum noctu acutum videant, hanc illam esse scito. sunt haec animalia spiritu, quo cernendi vis continetur, sane pertenui praedita. quapropter is noctu mediocriter ob solis absentiam condensatur et ad perceptionem rerum adspectabilem fit idoneus: quippe interdiu tanquam subtilissimus dissipatur ac dispergitur. idem et in aliis est videre, praesertim ipsis in leonibus. quo fit ut splendorem radiorum solarium fugientes etiam inviti toto die latitent. nam si absque hoc esset, libere utique per diem oberrantes haud exiguam hominibus occurrentibus noxam afferrent.

Hoc etiam disce, leonem vestigia sua contrahere (confundere L. AB.) quoties ipsum aliqui persequuntur. sic dominus quoque no-

πάσαι τὰς παρθένας ἐπιτηροῦντα. ὁ τοῦ λέοντος σκύμνος νε-
κρὸς μὲν γεννᾷται, ἐμφυσώμενος δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ
ζωογονεῖται. οὕτω καὶ ὁ Θεὸς πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἀδάμ
ἐποίησεν, ὕστερον δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ νιῷ αὐτοῦ δι' ἡμᾶς C
5 νεκρωθέντι ποιεῖ. ὅθεν καὶ ὁ Ἰακώβ ἔλεγεν „ἀγαπεσῶν ἐκοι-
μήθη ὡς λέων καὶ ὡσεὶ σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν;” εἰ δὲ
καὶ λέων καὶ σκύμνος ὁ αὐτὸς λέγεται, οὐ καινόν· ἦν γὰρ
καὶ βασιλεὺς ὁ Χριστὸς καὶ βασιλέως υἱός.

Ὁ λύκος φοβεῖται τὸ φυτὸν τὴν σκύλλαν. τοῦτο εἶδυσθε
10 ἡ ἀλώπηξ παρὰ τῷ τοιούτῳ ὑπνώττει φυτῷ, εἴ ποτε τοῦ φω-
λεοῦ αὐτῆς ἔξω τύχη διατρέβουσα, ἵνα μὴ ὑπὸ λύκων βρω-
θῆ. εἰ δὲ ἡ ἀλώπηξ οὕτω ποιεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ἐκεί-
νοικ ὀφειλομεν συνεῖναι δι' ὧν ὁ νοητὸς λύκος διώκεται. τί-
να δὲ ταῦτα; προσευχὴ καὶ νηστεία· τὸ γένος γὰρ, φησί, D
15 τοῦτο οὐκ ἐκβάλλεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.

Ἡ δὲ γε καμηλοπάρδαλις ἐν Λιβύῃ καθοραῖσθαι ἱστορη-
ται. αἰτία δὲ τῆς τοιαύτης ἐπιμιξίας ἢ τῆς χώρας ἀνυδρία V. 48
περὶ γὰρ τὰ ἐκεῖσε ὕδατα ὀλιγοστά ὄντα ἀθροίζεται πολυε-
δῆ ζῶα, κἀνεῦθεν ἀλλήλοις ἐπιμιγνυμένων αὐτῶν θηρία
20 πολύμορφα τίκεται.

Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητέ, ὅτι τὰ τοιαῦτα σύνθετα ζῶα,
καθὰ δὴ καὶ οἱ ἡμίονοι, οὐκ εὐθετὰ εἰσι πρὸς σύλληψιν τε

ster in terram descendens adventus sui tempus contraxit (ceclavit LABB.)
diaboli causa, qui iamdudum virgines observabat. catulus leoninus
in lucem mortuus quidem editur, verum adflatu patris vitam accipit.
idem deus inito fecit in Adamo, ac deinceps ipso etiam in filio suo
mortem nostri causa perpeso. quamobrem Iacobus dixit „corruens
sopitus est ut leo, quasi que catulus leoninus: quis excitabit eum?”
nec quicquam absurdi eundem tum leonem tum catulum leoninum
appellari: nam Christus et rex et regis filius erat.

Lupus scyllam, plantae speciem, vitat. id cum vulpecula norit,
apud hanc plantam dormiens cubat, si forte suas extra latebras degit,
ne a lupis devoretur. quodsi hoc vulpecula facit, multo magis nos
adesse debemus iis quibus intellectilis ille lupus abigitur. quatenam
illa? preces et ieiunium: nam genus istud, inquit Christus, non nisi
precibus et ieiunio eiicitur.

Camelopardalis in Libya conspici traditur. eius duorum animalium
mistonis causa est eius regionis siccitas et aquae penuria: quippe
animalia diversa variarumque specierum ad aquas congregantur,
quae in Libya raras sunt. ita fit ut ipsis inter se coeuntibus ferarum
quaedam multiformes procreentur.

Et animadvertito, dilecte fili, eiusmodi animalia composita, cuius
generis sunt etiam muli, non esse vel ad conceptionem vel pro-

καὶ γέννησιν. τίνος ἔνεκεν; ὅτι ἐξ ἀλλοτρίων συνεστηκότα ταῦτα γενῶν διεφθαρμένην ἦν πρὸς τὸ τίκτειν ἀπειλήχασιν δύναμιν. καὶ εἰκότως οὔτε γὰρ ἡ γῆ κατ' ἀρχὰς ἐξήγαγε ταῦτα, καθὰ δὴ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα (καὶ γὰρ ἐξ ἐπινοίας ὕστερον P. 62 ἀνθρωπίτης ἢ τῶν ὄνων τε καὶ ἵππων ἐπενοήθη σύζευξις), 5 οὔτε τῆς θείας ἐκείνης φωνῆς ἤκουσαν τῆς οὕτω λεγούσης „αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.“ ἔνθεν τοι καὶ τὴν πρὸς τὸ τίκτειν δύναμιν διεφθαρμένην ἐσχίκασιν.

Ἐμονόκρωτος ζῶον ἐστὶ καὶ πᾶν ἄγριον, μήτε θηραταῖς μήτε ἄλλως πως ἀγρενόμενον. παρθένῳ δὲ γυναικί, καὶ ταῦ- 10 τα λαμπρειμονούσῃ καὶ ποικίλως ἐστολισμένῃ, καὶ περιέροχεται τὸ δυσθῆράτον ζῶον καὶ παρὰ τοῖς γόνασιν αὐτῆς ἀναπύεται. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀοράτου καὶ ἀθηράτου θεο- Βητιος καὶ τῆς ὄντως καὶ μόνης παρθένου ἔστιν ἰδεῖν· εἰ μὴ γὰρ ὁ καθαρώτατος οὗτος εὐρέθῃ νοός, οὐκ ἂν ὁ θεὸς ἐπὶ 15 τῆς γῆς ὤφθη καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

Ἐμύρμηξ ἐπὶ τὸν στάχυν ἀνερχόμενος ἀσφραίνεται, καὶ ἐν κριθῇ, φεύγει ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὸν τοῦ σίτου στάχυν ἔρχεται. εἰ δὲ ὁ μύρμηξ οὕτω ποιεῖ, πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς τὴν ἑτεροδοξοῦσαν διδασκαλίαν φεύγειν ὀφείλομεν, 20 ἐπὶ δὲ τὸν σίτον ἔρχεσθαι, τὸν σφθότατον δηλαδὴ λόγον. εἰ γὰρ ἦν ὁ λύκος ἔχθραν πρὸς τὰ πρόβατα κέκτηται, κἀντεῦ-

18. κριθῇ] κριθῇ ᾗ? 21. εἰ] καί?

creationem idonea. quamobrem istuc? quod ex diversis generibus constant, ac propterea vis gignendi in eis vitiosa sit, consentanea id quidem ratione. quippe nec terra initio rerum ea produxit ut animalia caetera (nam deinceps humana sollertia quadam et artificio asinorum et equorum excogitata est coniunctio), nec vocem illam divinam audiverunt qua dictum est aliis „augescite ac multiplicamini (Gen. 1 22).“ quo fit ut procreandi vis in ipsis vitiosa sit.

Unicornu animal est valde ferum, quod neque per venatores neque modo ullo alio capi potest. nihilominus fera tam immanis ad feminam virginem, quae splendidis induta sit vestibus et ornatu vario exulta, non tantum accedit, sed etiam ipsius ad genua procumbens quiescit. idem tum in divinitate illa inaspectabili et incomprehensibili tum vera solaque virgine videre est: nisi enim templum hoc repertum esset purissimum, deus in terris non conspectus nec cum hominibus versatus fulset.

Formica spicam conscendens olfacere consuevit, ac siquidem hordeum reperit, fugit inde seque ad tritici spicam confert. hoc si formica facit, multo magis nos abhorrentem a veritate doctrinam eavere debemus, et ad triticum, doctrinam videlicet rectissimam,

θεν ἔστιν ἰδεῖν· εὐρισκομένης γὰρ τῆς χορδῆς αὐτοῦ ἐν κισάρῃ, αἱ λοιπαὶ τῶν προβάτων χορδαὶ σιγῶσι καὶ οὐ φθέγγονται. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τυμπάνων ἔστιν ἰδεῖν. τίνος δὲ χάριτι ἐθὺ παράδοξον τοῦτο γίνεσθαι κατ' ἀρχὰς συγκεχώρηται; ὡς ἐντεῦθεν ἀριθμώτερον φαίεσθαι τὴν ἔχθραν ἣν ὁ ναητὸς λύκος πρὸς τὰ τοῦ Χριστοῦ θρέμματα κέκτηται.

Ὁ μὲν οὖν Αἰλιανὸς λέγει τὸν χαμαιλέοντα ποικίλον φαίνεσθαι τῇ μορφῇ ὅτε τὰς τῶν θρώτων ὄψεις ἐκκρούμενον, κατὰ μίμησιν τοῦ εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματιζομένου
10 Σατανῆ. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης φησὶν ὅτι ἰσχνότατος ὁ χαμαιλέον τῶν φυτόκων καὶ πεζῶν, διότι ὀλιγαίμοτατος ἐστὶ. τοῦτο δὲ αἴτιον καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἡθους τοῦ ζῶον· πολύμορφον γὰρ γίνεται διὰ τὸν φόβον· ὁ γὰρ φόβος δι' ἐνδειαν θερμότητος.

15 Ὁ ἄρρη ὅς χαυλιόδοντας ἔχει ὡς ὀξύτερος εἰς τὸ πλῆσσειν, τὸ δὲ θῆλυ οὐκ ἔχει, ἐφ' ᾧ καὶ ἀμυνόμενον δάκνει. οὕτω μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ἐλάφων· ὁ μὲν γὰρ ἄρρη φέρει κέρατα, ἡ δὲ θῆλεια οὐκέτι. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκτεμνόμενοι ὄες χαυλιόδοντας οὐκ ἔχουσι, διότι τὴν φύσιν πρὸς τὸ θηλυπρεπὲς μετατρέβουσι· καὶ γὰρ αἱ θῆλειαὶ ταύτων ἐστέρηται.

Γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι αἱ ἄγριαὶ ὄες ἀπλῆ τροφῇ

accedere. quae lupo sunt adversus oves inimicitiae, possunt hinc etiam perspicui. si chorda lupina in cithara reperiat, reliquae de ovibus confectae chordae silent ac sonum nullum edunt. idem videtur est in tympanis. quamobrem deus rem adeo novam et inusitatam initio rerum instituit? ut inde clarius perspicerentur inimicitiae, quas intellectillis ille lupo adversus oves Christi gerit ac exercet.

Tradit Aelianus chamaeleontem variis formis conspici, ut quae oculos se intuentum elidat, ad exemplum Satanae, qui se in lucis angelum transformat. verum Aristoteles ait maxime macrum et exilem esse chamaeleontem inter animalia, quae ova pariunt et terrestria sunt; idque propterea quod sanguinis perparum habeat. hanc ipsam vult esse causam indolis animae in hoc animali. varias nimirum formas accipit formidinis causa: metus enim ex inopia caloribus existit.

Aper dentes exsertos ac prominentes habet, ideoque acrius vulnerat. eos dentes femella desiderat, et propterea quoties se tuetur mordere consuevit. itidem in cervis marem cornua gestare videmus, quae in femina nulla sunt. etiam apri castrati dentes exsertos non habent, quod ipsorum natura de virili in femineam degeneraverit, quae ab iisdem, ceu dictum est, destituitur.

Praeterea scito sues silvestres, quae alimento simplici utantur,

χρώμεναι ἕπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτουσιν, αἱ δὲ ἡμέραι δις διὰ τὴν παχελαν διαίταν. αἱ πιανθεῖσαι ὕες λειποτριχοῦσι· πιναιόμεναι γὰρ σαρκούνται, μᾶλλον δὲ τοιαῦται αἱ πέπτουσαι, P. 63 πέπτουσαι δὲ λείπονται τοῦ περιττώματος, αἱ δὲ τριχες ἐκ τῶν περιττωμάτων. 5

Ἡ δὲ αἰτία δι' ἣν ὁ ὕς τε καὶ ὁ ἵππος ἀφρὸν παρὰ τῷ στόματι φέρουσιν, αὕτη. ἡ θερμότης ὁσαύτως καὶ ἡ κίνησις V. 49 σις λευκαίνειν εἶωθε τὰ ὕγρα. καὶ ὄρα τὴν θάλασσαν· κινουμένη γὰρ ὑπ' ἀνέμων λευκαίνεται. ὄρα τοὺς ὑποκαιόμενους λέβητας. ὄρα τὴν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρότητα· χειμῶνος γὰρ 10 ὑπ' ἀνέμων κινουμένη λευκαίνεται, λευκαινομένη δὲ διὰ τὴν τηρικαῦτα ψῦξιν πηγνυται, καὶ οὕτως ἡ χιὼν καταφέρεται· ἡ γὰρ χιὼν οὐδὲν ἄλλο ἐστίν ἢ ὕδωρ ἡμιπαγές. οὕτω μὲν οὖν καὶ παρὰ τῷ οὐί καὶ ἵππῳ ὕγρα λεπυνόμενα εἰς πομφόλυγας διὰ θερμότητα καὶ κίνησιν εἰς ἀφρὸν μετα- 15 βάλονται.

B Εἰ δὲ καὶ τὸν λόγον ἐθέλεις μαθεῖν οὗ χάριν οἱ κύνες μόνοι λυτῶσι κατὰ γε τὸ θέρος, σαφῆς ἰδοῦ καὶ οὗτός σοι πρόκειται. λυτῶσιν οἱ κύνες διὰ τὴν πρόληψιν τῆς ξηρῆς κράσεως. φύσει δὲ εἰσι ξηροί, καὶ πλέον τοῖς καύμασι. θερ- 20 μαινόμενα οὖν καὶ καταξηραινόμενα ἐκπυροῦνται τὰ ἐν αὐτοῖς ὕγρα, κάντεῦθεν διὰ τὴν ἄγαν ξηρότητα μαίνονται, καθάπερ

19. πρόληψιν?

semel in anno parere, quum cicures ob nutrimentum pinguius largiusque bis pariant. eadem ubi pingues factae sunt, setas ac pilos amittunt. quippe cum pinguescunt, et iam magis carnosae redduntur; carnosae rectius etiam digerunt; quae digerunt commode, parum excrementi habent; de excrementis autem setae ac pili existunt.

Cur aper et equus spumam circa os gerant, haec causa est. calor et motus ex aequo res humidas efficiunt albas. vide quid mari accidat: cum a ventis commovetur, albescit. inspicite ollas, quibus ignis subiicitur. intueres humorem, qui est in aëre: agitatus a ventis hiberno tempore colorem album accipit; postquam albit, ob frigus, quod est in aëre, congelatur. ita nix delabitur: nam ea nihil est aliud quam aqua semicongelata. sic igitur et in apro ac equo humores minutas in bullas redacti per calorem et motum in spumam convertuntur.

Quodsi rationem eius quoque rei nosse desideras, quamobrem canes soli aestivo tempore sint rabiosi, luculente id ipsum heic tibi declarabo. rabies infestat canes propter siccae temperaturae incrementum. sunt enim a natura sicci, eaque siccitas per aestus augetur. itaque humores in eis incalescentes et paulatim exsiccati velut inflammantur. hinc fit ut nimiae siccitatis causa in rabiem agantur,

οὐ φρενητιῶντες. ὄθεν καὶ τὸ σίελον αὐτοῖς ἰσθδεις γίνεται καὶ ξηρότερον. ὅτι δὲ ἐκπυροῦνται, δῆλον ἐκ τοῦ ἀσθμαίνειν πυκνῶς καὶ πυρῶδῃ τὰ ὄμματα ἔχειν καὶ ἠνευγμένον τὸ στόμα πρὸς ἔμψυξιν ἀέρος. λυττώσι δὲ οὐ πάντες οἱ κύνες, ἀλλ' ὅσοι περ ἐν τούτοις ξηρότεροι. τινὲς δὲ φασὶ καὶ τὸν C κύνα τὸ ἄστρον συμβάλλεσθαι κατὰ τινα ἀπόρροϊαν τούτοις πρὸς τὴν λύσσαν. λυττήσαντες, καθά φησι Παῦλος ὁ Σινόπιτης, καὶ βρωσίν καὶ πόσιν ἀποστρέφονται, σίελον δὲ καὶ δαψιλῆς καὶ ἀφρωδεις ἀφίᾳσι, καὶ ἄφρωνοι τουπίπαν εἰσίν, 10 πρὸς δὲ καὶ ἄφρονες, ὡς μηδὲ τοὺς οἰκείους γνωρίζειν. ἐφορμῶσι δὲ κατὰ παντός χωρὶς ὑλακῆς καὶ δάκνουσι, καὶ δάκνοντες οὐδὲν ὀχληρὸν παραχρῆμα φέρουσι, πλην ὅσον ὀδύνην τὴν ἐκ τοῦ τραύματος. ὕστερον δὲ πάθος ἐμποιοῦσι τὸ καλούμενον ὑδροφόβιον· φεύγουσι γὰρ τὸ ὕδωρ οἱ λυσσόδηκτοι 15 καὶ ὀρῶντες αὐτὸ καὶ προσφερόμενοι. ἐνιοὶ δὲ αὐτῶν καὶ D ὡς περ κύνες ὑλακτοῦσι καὶ δάκνουσιν ἐπιόντες, καὶ δάκνοντες αἰτίοι τοῦ αὐτοῦ πάθους κατέστησαν. ἡ δὲ τῶν συμπτωμάτων αἰτία τῶν μὲν ἄλλων εὐδηλος· κατειληφῶς γὰρ ἰὸς τὰ μόρια πάντα καὶ αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον τοιαῦτα φέρει συμπτώματα. τοῦ δὲ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ τινὲς μὲν ἔφησαν διὰ τὴν ἀμετρον γίνεσθαι ξηρότητα, οἷα πάντελῶς ἡλλοτριωμένης

7. σινώπης V, συνέπιης Labbeus.

perinde atque illi qui exivere de potestate. quo fit ut et salivam sicciorem et venenatam habeant. et inflammari eos vel inde patet, quod frequentius anhelant, oculos habent flammeos et os apertum propter aëris refrigerationem. nec rabies haec canes omnes vexat, sed eos qui sicciore sunt. nonnulli volunt sidus illud, quod canem dicimus, nonnihil quasi defluxu quodam ad horum insaniam conferre. caeterum postquam hac rabie correpti sunt, quemadmodum Paulus Sinopensis ait, tam cibum quam potum aversantur. simul largam spumeamque salivam emittunt, et in universum muti sunt, ac tantopere desipiunt ut ne familiares quidem agnoscant, sed in quosvis absque latratu irruant et quosvis mordeant. hic morsus non continuo quicquam secum adfert aegritudinis aut molestiae, praeter eum qui ex ipsa resentitur dolorem. verum deinceps morbus accedit, quem hydrophobium, ab aquae metu, vocant. nam qui a canibus rabiosis morsum sunt, aquam reformidant, sive illam intueantur sive propius accedant. nonnulli etiam canum more latrant et alios aggressi mordent, quo morsu malum ipsum propagant. caeterum quae reliquorum symptomatum causa sit patet. nam cum venenum omnia membra et ipsum adeo cerebrum occupavit, huiusmodi symptomata secum adfert. at eius rei, quod aquam metuunt, causam aliqui nimiam ad siccitatem referunt, quasi prorsus ab humore sint alienati. Rufus autem per-

τῆς ὕγρας οὐσίας· ὁ δὲ γε Ροῦφος μελαγχολίας αὐτοῖς ἐ-
 δος τὸ τοιοῦτον ἀπεφίηατο γίνεσθαι, τοῦ ἰοῦ τὸν χυμὸν
 ἐκείνον μιμησαμένου καθ' ὃν ἄλλα πεφόβηται. καὶ τί χρῆ
 P. 64 πολλὰ λέγειν; ὃν γὰρ τρόπον ἐπὶ τῶν μελαγχολικῶν οἱ μὲν
 ἄλογα ζῶα δοκοῦσιν εἶναι κἀντεῦθεν τὰς ἐκείνων μιμοῦνται 5
 φωνάς, οἱ δὲ σκευὴ δοκοῦσιν εἶναι ὀστράκινα κἀκ τούτου κα-
 τεαγῆναι καὶ πάνω δειλαίνονται, ἕτεροι τὸν Ἄτλαντα νομέ-
 ζουσιν ἐπάνω πίπτειν αὐτῶν καὶ διὰ τοῦτο μέγα βοᾶν ἀναγ-
 κάζονται, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λυσοδῆκτων ἔστιν ἰδεῖν. ὁ γὰρ
 τοῦ κυνὸς ἰδὺς, καθάπερ τις χυμὸς μοχθηρός, τὸν ἐγκέφαλον 10
 αὐτῶν κατασχὼν φοβεῖσθαι ποιεῖ τὸ ὕδωρ αὐτοῦς, φοβουμέ-
 νους δὲ τὸν δακόντα κύνα φαντάζεσθαι, καὶ οὕτω σπᾶσθαι
 καὶ τελευτᾶν. ταύτῃ τοι καὶ σοφὸν τινα λυσοδῆκτων εἰσελ-
 θεῖν ἐν βαλανεῖῳ λέγουσι, καὶ ἰδόντα τὸν κύνα ἐν τῇ λεκάνῃ
 B καὶ μὴ κατακτοηθέντα εἰπεῖν „τί κυνὲ κοινόν ἐστι καὶ βαλα- 15
 νεῖῳ;” καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Ἡ δὲ γε ἄρκτος σάρκα τίκει μῆτε τύπον μῆτε μορφήν
 V. 50 ἔχουσαν, τῷ δὲ στόματι λείχουσα ἄρθρα ἀποτελεῖ. ἀλλὰ
 καὶ οἱ σκύμμοι αὐτῆς οὐ θηλάζουσι, μυζῶντες δὲ τοὺς πόδας
 αὐτῶν ἐντεῦθεν αὐξάνουσι. τίκει δὲ πρὸ τοῦ καιροῦ, ἵνα 20
 τῷ ἄρρηνι συνέρρηται. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τίκεσθαι κινδυνεύει ἡ
 ἄρκτος. ἐν δὲ νυκτὶ ὠδίνουσα προσέχει τῷ τῆς ἄρκτου ἄστρῳ,

17. H] O P.

hibet speciem melancholiae quandam eis accidere, nimirum veneno humorem illum imitante ob quem alii alia metuunt. et quid multis heic verbis opus est? quemadmodum enim in melancholicis usuvenire videmus ut alii quidem animalia bruta sibi videantur esse ac propterea voces eorum imitentur, alii se vasa esse testacea credant et iccirco vehementer metuunt ne confringantur, alii supra se delubi Atlantem existiment ideoque mirum in modum clament, ita consimile quippiam cernere licet etiam iis accidere quos canes rabiosi momorderunt. quippe venenum canis, seu noxius humor, eorum occupato cerebro facit ut aquam metuant; in quo metu canis, a quo mors sunt, imaginatio subit; eoque pacto ringuntur et tandem cum morte vitam commutant. perhibetur quidem aliquando philosophus quispiam, qui esset admorsus a cane rabioso, balneum ingressus, conspecto in pelvi cane nihil exterritus dixisse „quid cani commune cum balneo? sed de his satis.

Ursus carnem gignit, quae neque figuram neque formam habet. verum deinceps ore lambens articulos in ea efficit. eiusdem catuli non laetantur uberibus, sed sugendo pedes suos augescunt. et parit ante tempus ursae, quo cum mare congregiatur. ipso in partu periculo non caret, ideoque noctu parturiens Ursae sidus inspectando ob-

καὶ οὕτω τίθει εὐχερῶς. πολυφάγος μὲν ἄρτος ἐστίν, ἐν C δὲ χειμῶνι παρακαθήμενῃ τῆ φωλεῖ καὶ πεινώσα λείπει τὸν πόδα καὶ τρέφεται. μόνῃ δὲ αὐτῇ ἐν γῆ πύσχει τοῦτο, καὶ ἐν θαλάσῃ ὁ πολύπους.

5 Ἄλλὰ καὶ τῶν ὀνάργων αἱ νομάδες ἐπειδὴν τέκωσιν ἄρρενα, τέμνουσι τὰ αἰδοῖα αὐτῶν, ἵνα μὴ σπερματίζωσι. κατὰ ξηρον δὲ ζῶον ὁ ὄναργος, ἐφ' ᾧ καὶ διψαλέον· κατὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Λαβιδὸς περὶ ὑδάτων διεξιὼν οὕτω φησὶ „προσδέξονται ὄναργοι εἰς δάψαν αὐτῶν.”

10 Ἀέγεται δὲ καὶ τὴν ἀλόπεκα βρωμάτων ἀποροῦσαν ὑπὲρ ἅπαν πίπτειν ὡσεὶ νεκρὰν καὶ φυσᾶσθαι, κἀντεῦθεν διογκουμένην αὐτὴν ὀρεῶντα τὰ πτερινὰ ἐπιβαίνουσιν αὐτῆς καὶ ὡσεὶ νεκρᾶς D ἄπτουται. ἐκκηδήσασα οὖν αἴφνης ἢ νεκρὰ συλλαμβάνει καὶ κατασθίει αὐτά.

15 Ἄλλὰ αἰγάργος ταχύτατόν ἐστι ζῶον καὶ παρὰ τοῖς κρημοῖς διάγον, διωκόμενον δὲ ἄλλεται κατὰ κεράτων, καὶ οὐ διαδλάται.

Γίνωσκε δὲ ὅτι ἐκάστῳ τῶν ζῴων, καθὰ δὴ καὶ ὁ Νεμέσιος φησι, φυσικὴν οὐ λογικὴν ἐνέθηκε σύνεσιν ὁ θεός. 20 τοιοῦτο δὲ καὶ πανουργίας ἐνέβαλεν ὑπὲρ τοῦ καὶ τὰς ἐνεστώσας ἐπιβουλὰς ἐκκλίνειν καὶ τὰς μελλούσας προφυλάττεσθαι. ὅτι δὲ φυσικῶς τὰ τοιαῦτα καὶ οὐ λογικῶς ἐνεργοῦσι τὰ ζῶα,

19. λαθικὴν V, διδακτικὴν, ut videtur, Leunclavius.

servat, eoque pacto difficultatem partus mitigat. vorax est admodum, cumque per hiemem in lustris suis sedet ac esurit, pedem lambendo se nutrit; quod quidem ei soli peculiare est inter animalia terrestria, sicut inter marina polypo.

Cum onagri mares gignunt, exsecant eorum virilia, ne procreent. et animal hoc siccissimum est, ideoque sitibundum. qua de causa Davides (Psalm. 103 11), de aquis disserens, ait „sument eas onagri sitis suae restinguendae causa.”

Vulpeculam nutrimenti laborantem inopia supinam iacere tradunt, quasi si foret mortua, simulque anhelitum retinere. quamobrem hac ipsa de causa distentam conspicatas volucres, in eam se demittunt velutique mortuam attingunt. tum illa subito exsiliens, quae mortua credebatur, aves comprehendit atque devorat.

Capra silvestris velocissimum animal est et in rupibus degit. quodsi quis hanc venatorum persequatur, in cornua desilit nec detrimenti quicquam accipit.

Scias autem singulis animalibus, quemadmodum et Nemesius scripsit, indidisse deum prudentiam quandam naturalem, non discendo parabilem. nonnullis versutias etiam dedit, quibus et praesentes insidias declinare et praecavere futuras possint. quarum rerum effectio-

δῆλον ἐκ τοῦ κατ' εἶδος ἕκαστον ζῶον ὁμοίως ταῦτα ποιεῖν,
 P. 65 καὶ μὴ διαλλάττειν αὐτῶν ἐν τῇ πλήθει τὰς ἐνεργείας, ἀλ-
 λά καὶ κατὰ μίαν ὁρμὴν ὅλον τὸ εἶδος κινεῖσθαι. πᾶς γὰρ
 λαγῶς ὁμοίως τεχνάζεται, καὶ πᾶς λύκος ὁμοίως πανουργεῖ,
 καὶ πᾶς πίθηκος ὁμοίως μιμεῖται. ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐπ' ἀν- 5
 θρώπων. μυρίαὶ γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων αἱ ὁδοί.
 ἐλεύθερον γὰρ τι καὶ αὐτεξούσιον τὸ λογικόν, ὅθεν οὐχ ἔν
 καὶ τὸ αὐτὸ πᾶσιν ἔργον ἀνθρώποις, ὡς ἕκαστῳ εἶδει τῶν
 B ἀλόγων ζῶων. φύσει γὰρ μόνη ταῦτα κινεῖται, τὰ δὲ φύ-
 σει κινούμενα ὁμοίως παρὰ πᾶσιν ἔστιν. αἱ δὲ λογικαὶ πρά- 10
 ξεις ἄλλαι παρ' ἄλλοις, καὶ οὐκ εἰς ἀνάγκης αἱ αὐταὶ παρὰ
 πᾶσι. τὸ μέντοι πρόβατον διὰ τοῦτο λέγεται καὶ παρὰ τῇ
 γραφῇ ἄκακον, ὅτι σύνεσιν ἰδίαν οὐκ ἔχει ὥστε νομᾶς εὐρί-
 σκειν καὶ ποτόν, ἂν μὴ τις ὁ ποιμαίνων αὐτά. πολλὰ δὲ
 τῶν ζῶων καὶ συνέσεως ἀνθρωπίνης ἐγγύς ἐστι. καὶ ὄρα τὸν 15
 χερσαῖον ἐχθίνον δύο κατασκευάζοντα ἐπὶ τοῦ φωλεοῦ ἀνα-
 C πνοάς, πρὸς τε τὸν νότον ἀντιφραττούσας καὶ τὸν βορρῶν. εἰ
 καὶ φυσικῶ λόγῳ πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν ἀλόγων γένη κεινῆ-
 ται. οὐδὲ γὰρ αὐτεξούσια τὰ ζῶα, καθὰ δὴ καὶ ὁ Δαμα-
 σκηνὸς Ἰωάννης φησὶν, ὅτι μηδὲ λογικά. λογικῆ γὰρ πάσῃ 20

17. ἀντιφραττούσας P.

nes in brutis a natura, non ratione proficiaci, vel inde patet, quod
 specierum quarumvis animalia consimiliter haec faciunt, nec in tanta
 eorum multitudine operationum sit diversitas. eodem modo nimirum
 et instituto species universa movetur. sollertia lepores omnes consimili
 utuntur, itemque lupi consimili vafritie, consimili denique modo
 quilibet simius imitari solet; id quod in hominibus locum non ha-
 bet. sunt enim humanarum actionum rationes atque viae propemod-
 um infinitae. quippe rationis particeps natura libera sui que iuris et
 spontis est. quo fit ut homines universi eodem opere non occupentur
 nec idem agant, quemadmodum in singulis brutorum speciebus usu-
 venire videmus. nimirum haec a sola natura moventur: quae autem a
 natura moventur, consimilia sunt apud omnes. e diverso quae a ratione
 proficiuntur actiones, aliae sunt apud alios, neque necessario apud
 omnes eadem. ovīs iccirco sacris etiam in litteris pecus simplex mini-
 meque subdolum dicitur, quod prudentiam quandam peculiarem non ha-
 beat, cuius adminiculo reperire pastum potumque possit, si nullum ha-
 beat qui eam saginet. rursus alia quaedam animalia non pauca prope etiam
 humana absunt a prudentia. quo in genere mihi terrestrem echinum,
 quem erinaceum dicimus, fenestras hauriendi aëris causa suis in latebris
 geminas molientem adspice, quarum altera boreae, austri altera flatus
 obstruat, tametsi ad huiusmodi machinationes, ut caetera quoque
 animalia bruta, solo naturae ductu feratur. nec enim bruta suo quo-

φύσει καὶ τὸ αὐτεξουσίον πάντως ἐμπέφυκε Θέλημα· εἰς τί γὰρ ἔξει τὸ λογικόν, μὴ αὐτεξουσίως λογιζομένη; τὴν μὲν γὰρ φυσικὴν ὄρεξιν καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ὁ δημιουργὸς ἐπέσπειρε, πρὸς σύστασιν τῆς οικείας φύσεως ἀγούσαν ἡνωκα-
 5 σμένως αὐτά. λόγου γὰρ ἀμοιροῦντα οὐ δύνανται ἄγειν, ἀλλ' V. 51
 ἄγονται ὑπὸ τῆς φυσικῆς ὄρεξεως, ὅτε ἅμα ἡ ὄρεξις γένη- D
 ται, εὐθέως καὶ ἡ πρὸς τὴν πρᾶξιν ὁρμή. οὐ γὰρ λόγῳ ἢ βουλήῳ ἢ σκέψει ἢ κρίσει κέχρηται. ἔθεν οὐτε ὡς ἀρετὴν
 μετιόντα ἐπαινοῦνται καὶ μακαρίζονται, οὔτε ὡς κακίαν
 10 πρᾶξιοντα κολάζονται. ἡ δὲ λογικὴ φύσις ἔχει μὲν τὴν φυ-
 σικὴν ὄρεξιν κινουμένην, ὑπὸ δὲ τοῦ λόγου ἀγομένην τε καὶ
 ῥυθμιζομένην. τοῦ γὰρ λόγου τὸ προτέρημα ἡ αὐτεξουσίος
 ἐστὶ Θέλησις, ἣν δὴ φυσικὴν ἐν τῷ λογικῷ φαμὲν κίνησιν.
 διὸ καὶ ὡς ἀρετὴν μετιούσα ἐπαινεῖται καὶ μακαρίζεται, καὶ
 15 ὡς κακίαν μετιούσα κολάζεται.

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ζητεῖς, τίνας ἔνεκεν αὐτὰ τε τὰ ζῶα P. 66
 καὶ ὁ ἄνθρωπος πόδας ἀρτίους ἔχουσι, γίνωσκε ὅτι διὰ τὸ
 μὴ ἀτάκτως ἄλλεσθαι. οὕτω καὶ γὰρ διὰ μὲν τοῦ ἐνὸς ἰστά-
 μενος ὁ ἄνθρωπος, ὥσπερ πάλιν τὰ ζῶα διὰ δύο ποδῶν,
 20 ἡρέμα διὰ τῶν ἐτέρων ποιοῦνται τὴν βᾶδισιν.

dam arbitrato agunt, sicut et Iohannes Damascenus tradit, cum a ratione destituantur, cuius participes naturae voluntatem habent liberam naturaliter. nam cur, obsecro, vi rationis praeditae forent, si pro voluntatis arbitrio ratione non uterentur? quippe naturalem appetitum opifex rerum etiam brutis animalibus indidit, qui ad naturae suae conservationem ea necessario ducat. quae enim expertia sunt rationis ducere non possunt, sed ab naturali appetitione ducuntur. quo fit ut cum appetitus existit, mox et impetus ad agendum cum eo coniunctus sit. nec enim vel ratione vel consilio vel consideratione vel iudicio utuntur. qua ipsa de causa nec ut virtutem coelestia laudantur et felicia praedicantur, nec ut, obnoxia vitiiis puniuntur. at natura particeps rationis, habet illa quidem appetitum naturalem, quo impellitur, sed qui a ratione ducitur apteque dirigitur. nihil enim ratio praestantius habet quam quod voluntate libera sit praedita, quam in natura rationis particeps motionem naturalem dicimus. iccirco virtutem colens laudatur ac pro beata ducitur, et consimiliter obnoxia vitiiis punitur.

Quodsi etiam scire cupis quamobrem tam animalia quam homo pari numero pedes habeant, id propterea, factum cognoscito, ne inordinate confuseque exsilirent. nam hoc modo fit, ut dum homo uni, animalia reliqua duobus pedibus insistent, interim per alios paulatim progressio fiat. in nonnullis animalibus, dilecte fili, consuetudo fit reapse natura.

Ὅντως, ἀγαπητέ, τὸ ἔθος φύσις ἐπὶ τισι γίνεται. ὄρα γὰρ ὅτι τὰ Λιβυκὰ θηρία τοῦ μὲν θέρους οὐ πίνει, ὅτε μάλιστα δίψα γίνεται, χειμῶνος δὲ πίνουσι, ὅταν ἦττον διψῶσι. τοῦτο δὲ γίνεται πάντως διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι ὕδατι θέρους ἐν τῇ Λιβύῃ. τοῦ δὲ χειμῶνος διὰ τὸ γίνεσθαι πί- 5
νει. ὁ γοῦν ἐκεῖσε εἰδισται, τοῦτο καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τὰ ζῶα ταῦτα παραγενόμενα σώζει τὸ ἔθος. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἤγουν μετὰ τὴν τῶν χειρσαίων παραγωγὴν, πλάττει τὸν ἄνθρωπον ὁ θεός, καὶ τίθει αὐτὸν ἐν 10 τῇ παραδείσῳ. ἄλλὰ κἀνταῦθα πρόσχευς, ἀγαπητέ. εἰ γὰρ καὶ λέγουσί τινες ὅτι μετὰ τὴν ἐβδόμην ἔκτισε τὸν παράδεισον ὁ θεός, τῇ Μωσαϊκῇ δῆθεν ἱστορίᾳ ἐπόμενοι, ἀλλὰ πεπλάνηται προφανῶς ἅτε δὴ παροδευτικῶς ἐπερχόμενοι καὶ 15
Κούκ ἐρευνητικῶς τὴν γραφὴν. καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ θεόπτης 15 Μωσῆς „καὶ συνετέλεσεν ὁ θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ· ἐν δὲ τῇ ἐβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ἃν ἤρξατο ποιεῖν.” οὐκοῦν εἰ μετὰ τὴν ἐβδόμην οὐδὲν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε, πῶς λοιπὸν ἔκτισε μετὰ τὴν ἐβδόμην τὸν παράδεισον; δοικε μὲν ἡ 20
γραφὴ λέγειν ὅτι μετὰ τὴν ἐβδόμην ἔκτισται ὁ παράδεισος· ἀλλ' οὐκ ἔχει καὶ τὰ τοῦ σκοποῦ, καθὼς ὑποπτεύουσι πολ-

Nam animalia mihi, quaeso, Libyca intuere, quae per aestatem, cum maxime sitiunt, a potu abstinent, per hiemem, cum sitiunt minus, bibunt. id eam ob causam omnino accidit, quod Libya per aestatem aquae laboret inopia. quapropter hiberno tempore aquam hauriunt, cum eius copiam habent. cumque sic iis in locis adueverint, etiam ad alias regiones delata morem suum retinent. ac de his quidem hactenus.

Caeterum post animalium terrestrium creationem deus hominem fingit ac in paradiso collocat. quo iam in loco velim animum mihi, delecte fili, advertas. quamvis enim volunt aliqui deum post septimum diem paradikum condidisse, profitentes se Mosaicae historiae vestigiis inhaerere, manifesto tamen errant, ut qui transitorie, non adhibita peruestigatione conveniente litteras sacras perlegant. ac vide mihi quid spectator ille dei Moses dicat. „absolvit deus,” inquit (Gen. 2 2), „die sexto cuncta quae fecerat; ac die septimo ab omnibus operibus, quae efficere coeperat, quievit.” itaque si post diem septimum nihil omnino, quod antea non exstitisset, in ortum produxit, qui post diem septimum paradikum condidit? videntur quidem litterae sacrae hoc modo loqui ac si post diem septimum paradikus conditus fuerit: verum alius scopus est earum, de plurium quidem

λοι καὶ πείθον τῷ χρυσορρήμονι Ἰωάννη ἐν τῇ εἰς τὴν ἑξαήμερον δωδεκάτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ λέγοντι „ὅτι τῶν κατὰ συντομίαν ἱστορηθέντων ἔμπροσθεν ἀνακεφαλαίωσιν ποιεῖ ὁ Μωσῆς ὑστερον, τοιαῦτα καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν τοὺς ἀπλουτέρους ἔποιήσεν.” ἄλλως τε εἰ μετὰ τὴν ἑβδόμην, ὡς φασιν, ἔκτισται ὁ παράδεισος, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ χοῦς πλασθῆναι τοῦ Ἀδάμ, ὡσπερ δὴ καὶ τὴν ὑπὸ πλευρᾶς τῆς Εὐας οἰκοδομῆν, μετὰ τὴν ἑβδόμην εἰπεῖν γεγενῆσθαι. τίνας ἐνεκον; ὅτι καὶ ταύτην ὑστερον ὁ Μωσῆς, ἤγουν μετὰ τὴν V. 52
 10 ἑβδόμην, διηροῦμενος εὐρηται. πρὸ τοῦ Ἀδάμ λοιπὸν ὁ παράδεισος. καὶ ἄκουε τί φησιν ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐν τῷ περὶ παραδείσου κεφαλαίῳ αὐτοῦ. „ἐπεὶ δὲ ἔμελλεν ὁ Θεὸς P. 67
 εἰς ἄοράτου τε καὶ ὄρατῆς φύσεως πλαστουργεῖν τὸν ἄνθρωπον κατ' οἰκαίαν εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν, ὡσπερ τινὰ βασιλέα
 15 ἄρχατα πύσης τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ, προκαθίστησιν αὐτῷ ὡς τι βασιλεῖον τὸν παράδεισον, ὡς ἐντεῦθεν αὐτὸν μακαρίαν καὶ παρολβίαν ἔχειν ζωὴν.” πρόσσεχε οὖν· ἐπειδὴ γάρ, ὡς εἴρηται, πρὸ τοῦ πλασθῆναι τὸν Ἀδὰμ καθίστησιν αὐτῷ τὸν παράδεισον, εὐδηλον πάντως ὅτι ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ
 20 καὶ τοῦτον ἐφύτευσεν ὁ Θεός, εἶγε καὶ μᾶλλον ὅση μετὰ τὴν ἑβδόμην τοῦ δημιουργεῖν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλωττίαν φησι.

sententia. Iohannes Chrysostomus audiendus est tibi, qui in oratione de sex dierum operibus XII dicit Mosam eorum, quae antea commemorasset, summam brevibus deinde complectentem, simplicioribus occasionem prae buisse ut huiusmodi opinionem arriperent atque proferrent. nam caeteroqui, si post diem septimum, ut ipsi volunt, paradisi est conditus, omnino dicamus necesse est etiam Adami de pulvere formationem, itemque structuram Evae de Adami costa, post eundem septimum diem primum factam, quamobrem istuc? quia Moses hanc quoque posterius, id est post diem septimum, narrat. proinde reliquum est paradisi ante Adamum esse conditum. et audi, obsecro, quid Iohannes Damascenus in capite quod de paradiso incipit dicat. quia deus, inquit, hominem ex natura partim inadspectabili partim adspectabili creaturam ad imaginem similitudinemque suam erat, quasi quendam regem atque principem totius terrae ac eorum quae terra continentur, paradisi ei veluti regiam quandam praestruit, ut in eo beatam ac felicissimam vitam ageret. itaque licet animadvertere, quod cum ante formationem Adami paradisi extruxerit, manifesto sequatur eum die sexto consitum a deo fuisse, praesertim cum multo magis a septimo die, quemadmodum idem orator aureus tradit, creare desierit.

- B** Φυτεύει τοίνυν ἔν τε τῇ ἑκτητῇ πρὸ τοῦ Ἀδάμ τὸν θεὸν παράδεισον κατὰ ἀνατολὰς ἐν Ἐδέμ. ἔξ ἀπάσης γὰρ τῆς γῆς, ὡσπερ φησὶ Θεοδώρητος ὁ μέγας τε Βασιλεῖος καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης, τόπον τινα κατὰ ἀνατολὰς ἐκλεξάμενος, ὀνομαζόμενον μὲν Ἐδέμ, ἐν περιόπτῳ δὲ κείμενον καὶ πάσης τῆς 5 γῆς ὑψηλότερον, φυτεύει ἐν αὐτῷ τὸν παράδεισον, ὡς ἐντεῦθεν τρυφερόν οἶον αὐτὸν εἶναι καὶ θαλερόν εισαί, καθὰ φησι Σεβηριανός· τρυφή γὰρ ἡ Ἐδέμ ἐρμηνεύεται. ἐν ᾧ δὲ τιμῆσαι βουληθεὶς γεγονότα τὸν ἄνθρωπον ἔταξεν οἰκεῖν ὁ θεός· „καὶ ἔθετο” γὰρ φησιν „αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ.” ἀλλ’ ἵ 10 ἔντεῦθεν, ἀγαπητέ, καὶ τοῦτο μανθάνομεν, ὅτι ἔξ ἑτέρας μὲν ἔπλασε γῆς τὸν Ἀδάμ, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῷ παραδείσῳ ἔθετο. καὶ ἄκουσ τί φησιν ἡ γραφή „καὶ ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν Ἀδάμ ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἔξ ἧς ἐλήφθη. διὰ τί δὲ καὶ τίνος ἕνεκεν ἔξω τοῦ παρα- 15 δείσου πλάττει τὸν ἄνθρωπον ὁ θεός, εἰθ’ οὕτως εἰσάγει αὐτὸν ἐν αὐτῷ; ὥστε μαθεῖν ἐντεῦθεν αὐτόν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης φησὶν, ὅσης ἠξίωτο παρὰ θεοῦ τῆς τιμῆς, καὶ ὅση παρ’ αὐτοῦ ἡ ἀπόλαυσις αὐτῷ ἐχαρίζετο. ὄρα γὰρ ὅτι καὶ οἱ ἔξ ἐλαχίστης τάξεως ἐπὶ τὴν ἄνω τε καὶ πρώτην ἀνω- 20
- D** βιβαζόμενοι οἰδασιν ἔξ ἀνάγκης τίνες πρότερον ἦσαν καὶ ὅπου κατήνησαν ὕστερον, ὃ δὲ καὶ οὐ μικρᾶς ἀγαλλιάσεως γίνεται πρόξενον.

Conserit ergo deus tempore formationem Adami praecedente divinum illum paradisum in Edem, versus orientem solem. nam de universa terra, quemadmodum et Theodoritus et Basilius ille magnus et Iohannes Damascenus aiunt, selecto quodam versus orientem loco, qui Edem appellabatur et conspicuus erat universaque reliqua terra sublimior, in eo ipso paradisum conserit, uti nimirum delicatus esset ac perpetuo floridus, quemadmodum Severianus scripsit: nam vocabulum Edem si velis interpretari, delicias significat. heic hominem conditum deus habitare voluit. etenim in paradiso, quemadmodum perscriptum sacris est in litteris, eum collocavit. hinc autem, dilecte fili, hoc etiam discimus, deum ex alia terra conditum Adamum in paradisum collocasse. qua de re quid sacris exstet in litteris, audi: „abegit,” inquit, „deus Adamum ex paradiso deliciarum, ut terram, unde sumptus erat, coleret.” quamobrem vero extra paradisum format hominem, eumque deinceps in illum introducit? ut hinc disceret, de Chrysostomi sententia, quanto ipsum honore deus dignatus esset, quantae voluptatis fruitionem concessisset. nam qui de ordine locoque infimo ad superiorem principemque transferuntur, non sunt necessario qui prius fuerint et quo deinceps pervenerint. quae res non exiguam nobis laetitiam parere consuevit,

 signis advertunt. sed audi tu, quid hoc loco dicatur, nimirum popu-
 lum illum reiectum esse qui haec curiose observaverit. etenim com-
 plures divinationes, ut hariolationes ominations auguria, lege Mo-
 saica tanquam malorum geniorum inventa prohibentur. nam exstant
 haec in ea verba (Deut. 18 10) „non ulla vel omnia vel auguria ca-
 pitabitia. quippe nationes istae, quas dominus vestra causa de me-
 dio tollit, hariolationibus et aliis vaticiniis utuntur. vobis autem do-
 minus deus ille vester id nequaquam permittit.” absurdum enim fue-
 rit, ut qui de praescriptis a deo consilium habere potest, ad consi-
 derationem rerum agendarum animalia bruta pro consiliariis adhibe-
 at, immo eis ne pro consiliariis quidem sed magistris et legum qua-
 si latoribus utatur. itidem propositum sibi periculum et ante oculos
 imminens ignorat avis: tibi vero quod futurum sit indicabit? quodsi

ται, μὴ μοί καθέξω δεινοτάτων ἀπάταις προσοκηγησῆς, μηδὲ
 C γίνω διαβολικαῖς ἐκδοτοῖς ἐνεργείαις, ὃς ἐπειδὴν ἄπαξ λάβῃ
 ψυχὴν εὐάγωγον εἰς ἀπώλειαν, πάντα τρόπον αὐτῇ καταχρώ-
 μενος οὐκ ἀνήσιν. ἀλλὰ καὶ κράζοντες κόρακες καὶ ἀετοὶ
 ἀλύοντες δι' ἀπορίαν θήρας τὴν δεισιδαίμονα καρδίαν πῆσ-δ
 σουσι. καὶ τοσαύτη τοῦ ἐχθροῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον ὄβρις,
 ὥστε καὶ γαλῆ παραφανείσα καὶ κύων διακόψας καὶ ἀνδρω-
 πος ἐπιφανεῖς ἐώθεν τοὺς ἐντυγχάνοντας πάντη ποιοῦσιν ἐκ-
 πλήττεσθαι. τί ἐλεινότερον τοῦ τοιοῦτου βίου, πάντα ὑπο-
 πτεύειν, ὑπὸ πάντων ἐμποδιζέσθαι, δέον πανταχόθεν τὴν 10
 D ψυχὴν αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπανάγειν; ὅταν ἴδῃς ἕρπιδας
 διαπετομένους τὸν αἴρα, μὴ τὰ σχήματα τῶν πῆσεων περι-
 εργάζου, ἀλλὰ ταῦτα καταλιπὼν τοῦ δημιουργοῦ τὴν ἐπ' αὐ-
 τοῖς σοφίαν καὶ διακόσμησιν θαύμαζε, πῶς βάρος τοσοῦτον
 δι' αἴρος φέρεται, πῶς ἡ ἀπαλὴ τοῦ αἴρος φύσις ὄχημα γί-15
 νεται τῷ πτερῷ, πῶς τῇ μὲν ἐκτίσσει τῶν πτερῶν ἐπινήχον-
 ται τῷ αἴρει, τῇ δὲ οὐρᾷ οἷον κηδάλιω τὴν πῆσιν ἑαυτῶν
 ἀπευθύνουσι. καὶ τοιαύτη μὲν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ μι-
 κρόψυχος καὶ ταπεινὰ φρονῶν τὰς τῶν ἀλόγων κινήσεις τῷ
 ἰδίῳ σκοπῷ συναρμόζειν ἐπιχειρεῖ, καὶ καταλιπὼν τὸν Θεὸν δαι-20
 μων ἐπιβουλοῖς ἐκδέδωκεν ἑαυτὸν. καὶ περὶ μὲν ταύτων οὕτως.

1. δεσμωνῶν ?

aves malorum efficacitate fraudulenta geniorum hinc inde volant,
 noli horum dominorum, a quibus agitantur, fraudibus inhiando de-
 sidere, nec te diabolicis imposturis capi patitor. quippe diabolus ubi
 semel nactus est animum proclivem ad proprium interitum, omnibus
 eo modis abuti non desinit. videmus autem crocitantés corvos et
 aquilas propter inopiam cibi oberrantes cordi supersticioso pavorem
 incutere. tantaque adeo nostri hostis illius est in hominem petulan-
 tia, ut alicunde se offerens mustela vel prospectans canis vel ab or-
 tu adventans homo magnam in eis formidinem excitent in quos forte
 inciderant. quid eiusmodi vita miserabilis esse possit, in qua omnia
 suspecta sint et negotia quaevis ab omnibus impediuntur? potius un-
 diquaque noster animus ad deum revocandus est. cum aves aëra per-
 volantes intueris, noli figuram volatus curioso perscrutari, sed illis
 rebus omissis declaratam in eis sapientiam creatoris et ordinationem
 admirare, qui scilicet fiat ut tantum pondus aëre permeet, quo pacto
 tenera istaec aëris natura volucrum alis pro vehiculo sit, qui per
 alarum extensionem in aëre natent ac motu caudae seu clavi cuius-
 dam volatum suum dirigant. in his enim dei sapientia conspicitur. at
 homo quispiam pusilli animi et humilia tantum respiciens animalium
 rationis expertium motus instituto suo accommodare nititur, deoque
 relicto malis se genis dedit, qui reapse nihil aliud sunt quam insi-
 diatores. ac de his quidem rebus in hunc modum dictum esto.

Ὁ δὲ γε διαληφθεὶς βασιλεὺς καὶ ἐγγαστριμύθους ἐποίησεν. 197
 σε, καὶ γνώστας ἤτοι μάντις ἐπλήθυνε, καὶ τὸ πάντων
 ἀνοσιώτερον, ἐν τῷ θεῖῳ νεῦν τὸ τῆς ἀκολάστου δαίμονος
 ἔστησεν ἄγαιμα. οὐ μόνον δὲ εἰδώλοις ἐλάτρευεν ἐν ἔτεσι
 5 πενήκοντα καὶ δύο, ἀλλὰ καὶ αἷμα ἀθῶον ἐξέχευεν, εἴτε
 προφητῶν εἴτε καὶ ἄλλων τινῶν εὐσεβῶν. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν
 Ἡσαΐαν ξυλίῳ λέγουσι πρῖσαι πρῖονι. πλὴν ὡς φησι Γεώρ-
 γιος, Μαροδάχ βασιλεὺς Ἀσσυρίων δεσμοῦν ἤγαγε τὸν Μα-
 νασσῆν, καὶ βαλὼν ἐν φυλακῇ ἄρτι πιτυρίῳ καὶ ὕδατι σὺν
 10 ὄξει ἔτρεφεν. ὡς δὲ καὶ ὁ θεϊότατός φησιν Ἀναστάσιος ἐξ Β
 ἱστορικῶν τινῶν τοῦτο μαθὼν, καὶ ζωδίῳ χαλκῷ παρὰ τοῦ
 βασιλέως Βαβυλωνῶνος ἐμβάλλεται· ἀλλ' ἔνδον τοῦ ζωδίου ἂν
 ἐπέγνω τε τὸν θεὸν καὶ τὴν ἑδὴν ἔψαλλεν. ἐφ' ᾧ καὶ δυ-
 νάμει θεῖα διερχομένη τὸ εἶδωλον, καὶ ἄγγελος κυρίου κατήγα-
 15 γεν αὐτὸν εἰς Ἱεροσόλυμα. καὶ ἔζησε τὸ λοιπὸν ἐν μεκανοίῳ,
 καὶ τὰ προλαβόντα διορθώσατο. τσαῦτα δὲ εἰς θεὸν ἐπλημ-
 μέλησεν. ὡς καὶ τὸν θεϊότατον Ἀναστάσιον οὕτως εἰπεῖν „εἰ
 Μανασσῆν ἔσωσεν ὁ θεός, τολμῶ εἰπεῖν ὡς καὶ τὸν διάβολον
 ἔσωσεν ἂν, εἴπερ ἐπιστρέψαι ἠθέλησεν.”
 20 Μετὰ δὲ Μανασσῆν ἐβασίλευσεν Ἀμμῶς ὁ υἱὸς αὐτοῦ. C
 οὗτος τῆν μὲν πατρικὴν ἀσέβειαν ἐμμήσατο, οὐ μὴν δὲ τῆν

Caeterum hic ipse rex, quo de agimus, etiam ventriloquos insti-
 tuit et gnostarum sive divinatorum numerum auxit; quodque omnium
 maxime impium erat, impudicae deae simulacrum divino in templo
 statuit. neque tantum deastros religiose coluit totos quinquaginta duos
 annos, verumetiam sanguinem innoxium tam vatum quam aliorum
 quorundam piorum hominum fudit. quin et ipsum Esaiam perhibent
 ab eo serra lignea dissectum esse. sed tandem, ut Georgius auctor
 est, Marodachus rex Assyriorum Manassem ab se captum et in vin-
 cula coniectum abduxit, ac pane de furfure confecto et aqua aceto
 permista aluit. praeterea divinus ille Anastasius commemorat, ac-
 cepta haud dubie huiusmodi narratione quibusdam ex historicis,
 Manassem in animal quoddam abeneum a rege Babylonio conclusum
 fuisse; in quo deinceps deum agnovit et carmen illud suum cecinit.
 quapropter divina vi simulacro rupto angelus eum Hierosolyma redu-
 xit, ubi deinceps in anteaetorum poenitentia vixit et priora delicta
 emendavit. tot autem tantaque facinora Manasses patravit, ut divinus
 ille Anastasius dicere non dubitaverit „si Manassem deus servavit,
 equidem ausim dicere quod etiam diabolus ipsum servaturus fuerit,
 si reverti ad deum voluisset.”

Post Manassem Amosus filius eius imperium obtinuit. is paternam
 quidem impietatem est aemulatus, at non poenitentiam. fuerit autem

μετάνοιαν. ἄξιον δὲ ζητῆσαι διὰ τί τοῦ μὲν Μανασσῆ τὴν ἐπιστροφὴν ἀνέμεινεν ὁ θεός, τοῦ δὲ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀμμώως V. 153 οὐχί, ἀλλ' ἐθέρισεν αὐτὸν ἐπὶ δύο βασιλεύσαντα. φησί γάρ ἡ γραφή „καὶ παρελογίσαστο Ἀμμώως λογισμὸν πονηρὸν, καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου πολλὰ ἐκ νεότητος παρηρόμῃσε, καὶ ἐν 5 γῆρει μετενόησε. καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὼς ἐπιθυμῶ ἢ ψυχὴ μου, καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον.“ διὰ D τοῦτο οὐκ ἀνέμεινεν ὁ θεός, διότι οὐκ ἐσωφρονίσθη ἀφ' ὧν ὁ πατήρ αὐτοῦ πέπονθεν.

Μετὰ τοῦτον Ἰωσίας ὁ ἔγγονος αὐτοῦ. οὗτος τοῦ προ-10 γόνου Δαβὶδ ἐκτίησαστο τὴν εὐσέβειαν. καὶ πρῶτον μὲν ἐπε-μελήθη τοῦ ναοῦ, κατασκάψας πρὸς τοὺς ἄλλοις καὶ τὸν οἶκον ὃν ἐκδομήσας Σολομῶν τῇ Ἀστάρτῃ προσοχθίσματι Σιδονίων· ἔπειτα δὲ τῶν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ θείων λόγων ἀκού-15 σας καὶ τὴν ἐσθῆτα διέρρηξε καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐθρήνησε. διὰ τοι τοῦτο καὶ ὁ θεός κατα μὲν τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ ναοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε, τῷ δὲ βασιλεῖ χρηστὰ προηγόρευσεν· „ἀνθ' P. 198 ὧν“ γάρ φησιν „ἤκουσας τῶν λόγων μου καὶ ἠκαλύνθη ἡ καρδία σου καὶ διέρρηξας τὰ ἱμάτιά σου καὶ ἐκλαυσας ἐνώπιόν μου, οὐκ ὄψονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακὰ ἃ 20 ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦτον.“ καὶ τὰ μὲν σκεῦη τῶν

pretium operae inquirere quamobrem deus Manassis quidem poenitentiam expectaverit, sed non itidem filii quoque ipsius Amosi, quem annis duobus regno potitum, ut sacrae litterae loquuntur, instar maturae segetis demessuit. nimirum cogitationem quandam pravam apud animum instituit Amosus, cum secum ita loqueretur „pater meus a puero multa scelerate fecit, ac in senecta poenitentiam egit, quamobrem et ipse hac in aetate pro animi mei libidine me geram, et deinceps ad dominum me convertam.“ hac igitur de causa deus poenitentiam ipsius non expectavit, quando paternis calamitatibus nullo modo factus erat melior.

Eum Iosias filius in regno secutus est. is Davidis, sui generis auctoris, pietate praeditus fuit. ac primum quidem templi curam habuit, everso inter alia etiam illo fano quod Solomo Sidoniorum piaculo Astartae condiderat. deinde cum perscripta in Deuteronomio divina oracula ipsi recitata fuissent, non solum vestem suam dilaceravit, sed etiam maximopere lacrymis suam miseriam deploravit. quamobrem deus adversus ipsum quidem fanum atque populum sententiam suam pronuntiavit, verum regi prospera quaeque praedixit. „quoniam“ inquit „praeceptis meis auditis cor tuum se demisit, tuque vestimenta tua dilacerasti et coram me lamentatus es, oculi tui cuncta illa mala non adspicient, quibus ego familiam hanc adfecturus sum.“

ειδώλων ἐν τῇ χειμάρρῳ τῶν Κέδρων συνέτριψεν, ἐν δὲ τῇ Βαιθῆλ τοὺς τῶν ειδώλων ἱερέας κατέκαυσε, κατὰ τὴν προφητείαν Ἰωὴλ ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. ἐπὶ μέντοι τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἰωσίου, ὡς φησι Γεώργιος, ἐκτί-
508η τὸ Βυζάντιον ὑπὸ Βύζου βασιλέως Θράκης.

Ἰστέον ὅτι τρίτον ἐπόρθησε τὴν Ἱερουσαλήμ ὁ Ναβου-
χοδονόσορ, ἐπὶ Ἰωακείμ Ἰεχονίου, καὶ ὕστερον ἐπὶ Σεδεκίου, B
ὡς φησι Γεώργιος. ὁ δὲ Θεοδώρητος Ἰωακείμ καὶ Ἰεχονίαν
τὸν αὐτὸν εἶναι λέγει, τῷ θειοτάτῳ Ἰερεμῖα ἐπόμενος. ὁ δὲ
10 Σεδεκίας κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον τυφλωθεὶς καὶ εἰς Βα-
βυλῶνα ἀπαχθεὶς ἐγεβλήθη μύλωνι ἐπὶ ἑτεσιν εἴκοσι καὶ ἕξ,
εἰ καὶ ὕστερον ἐτιμήθη. γίνονται οὖν ὁμοῦ τῶν ἐν Ἱερουσα-
λήμ βασιλευσάντων ἀπὸ Δαβὶδ ἄχρι Σεδεκίου τὰ ἔτη 95^A
καὶ 7, οἱ δὲ βασιλεῖς εἴκοσι καὶ δύο πάντες ἕξ ἑνὸς γένους
15 τοῦ Δαβίδ. οἱ δὲ ἐν Σαμαρείᾳ βασιλεύσαντες 17, ἀπὸ Ἱε-
ροβοὰμ ἕως Ὀσηῆ, ἐφ' οὗ πέπανται καὶ ἀπώλετο Σαμάρεια
ὑπὸ Σαλμανασάρ. ἀντὶ δὲ τῶν Σαμαρειτῶν Ἀσσύριοι ἐκεῖ- C
σε κατέκησαν, ἕξ ὧν οἱ αἰρετικοὶ Σαμαρεῖται καὶ Σαδδου-
καῖοι. οὗτοι μὲν οὖν ὑπὸ λεόντων βιβρωσκόμενοι ἐξαπίνης
20 αὐτοῖς ἐμπιπτόντων, καὶ μαθόντες ἀπὸ γερόντων ἀρχαίων
τὸν τιμώμενον ἐκέλευε θεόν, καὶ ὅτι παρ' ἐκείνου τὰ τοιαῦτα
πάσχομαι, γῆν τοῦ Μωσέως ἐπιτιῶνται πεντάτευχον· καὶ

idem rex simulacrorum vasa in torrentem Cedronem confracta deiecit, et Bethelae deastrorum sacrificios concremavit, quemadmodum Iosias homo divinus futurum vaticinatus fuerat. eiusdem Iosiae regis imperio, quemadmodum Georgius memoriae prodidit, urbs Byzantium a Byzo Thracum rege condita est.

Secundum haec sciendum Hierosolimam a Nabuchodonozore ter spoliatam esse, videlicet regnantibus Ioacimo Iechonia et Sedecia, quemadmodum Georgius scripsit. Theodoritus autem, divinissimum vatem Ieremiam secutus, ex Ioacimo et Iechonia facit unum eundemque regem. Sedecias vero, sicut Epiphanius meminit, effossis oculis Babylonem abductus et in pistrinum coniectus ibidem annos viginti sex contrivit, ac tandem honorifice vicissim est habitus. sunt igitur anni regum, quotquot a Davide ad Sedeciam usque Hierosolymis imperarunt, in unum collecti 498, et reges ipsi viginti duo, Davidici generis omnes. Samariae vero regnarunt 18, ab Hieroboamo usque ad Oseam, sub quo Salmanasar Samarum delevit ac regnum eius evertit, Samaritanorum loco deductis eo coloniis Assyriorum, a quibus ortae sunt Samaritanorum et Sadducaeorum haereses. cum autem a leonibus hi devorarentur subito in ipsos irruentibus, deque senioribus edocti fuissent quinam iis in locis deus antiquitus coli consuevisset, a quo malis eiusmodi adficerentur, quinque volumi-

αὐτῶ τὸν ἀληθινὸν θεὸν ἐπιγινόντες ἀβλαβεῖς τοῦ λοιποῦ διε-
τηρήθησαν, εἰ καὶ εἰς αἰρέσεις ἐντεῦθεν ἐξώκειλαν ἄτε μὴ
κατ' ὀρθὸν λόγον ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐγκύπτοντες. τὰ δὲ ἔτη
τῶν βασιλευσάντων ἐν Σαμαρείᾳ σὺν καὶ γ', ἐκ διαφόρων μὲν
γεγονότων, πάντων δὲ πεποικηκότων τὸ πονηρὸν κατὰ τὴν 5
D ἀμαρτίαν Ἱεροβοάμ.

Τὴν μὲν οὖν ἀπὸ Περσίδος τῶν Ἰουδαίων ἐπάνοδον ἐξη-
γήσατό τε ὁ Ἔσδρας καὶ συνεγράψατο. ἡ δὲ πρόφασις τῆς
ἐπάνοδου κατὰ τὸν Ἰώσηπον αὕτη. τρεῖς στρατιωτῶται φν-
λάσσαντες τὸν βασιλέα, ἐν οἷς ἦν καὶ Ζοροβάβελ, ἤρισαν ἐν 10
προβλήματι τεθείσης συμφωνίας αἰτῆσαι τὸν νικῶντα ἄπερ
V. 154 ἂν ἐτελήσει παρὰ τοῦ βασιλέως. τοῦ τοίνυν ἐνόσ εἰπόντος
νικῶν τὸν οἶνον, καὶ τοῦ ἑτέρου τὸν βασιλέα, ὁ Ζοροβάβελ
εἶπε νικῶν τὰς γυναῖκας, καὶ ὑπὲρ πάντα τὴν ἀλήθειαν. καὶ
ἐπεὶ ταῦτα εἰρηκῶς νενίκηκε, καὶ ἤκουσεν αἰτήσασθαι ἃ βού- 15
P. 199 λεται, ἤξιωσεν αὐτὸν ἀφεθῆναι τὴν αἰχμαλωσίαν. ὁ δὲ καὶ
γέγονε· τριηκᾶτα καὶ γὰρ ἐπληροῦντο τὰ ὄ ἔτη τῆς θείας
ὀργῆς. καὶ οἱ μὲν οἰκοδομοῦντες τὸν ναὸν ἦσαν Ζοροβάβελ
καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδέκ, οἰκοδομηθῆναι δὲ ὁ τοιοῦτος
ἔφθασε ναὸς τὴν δευτέραν ταύτην οἰκοδομὴν ἐν χρόνοις μὲν 20
διὰ τὸ παρὰ τῶν γειτονοῦντων ταύτην κωλύεσθαι· ἡ γὰρ
πρῶτη ἐν χρόνοις εἴκοσι ἐγένετο παρὰ Σολομῶντος, ὡς Ἔσδρας

8. τε] τότε P.

na receperunt, eoque modo agnito vero numine nihil ab eo tempore
mali perpassi sunt, quanquam in sectas quasdam deinceps etiam ex-
orbatarunt, ut qui recta ratione libros sacros non inspicerent ac per-
volverent. anni autem illorum qui Samariae regnarunt sunt 253, ac
fuerunt hi diversis orti familiis, et omnes ad exemplum Hieroboami
se impie gesserunt.

Iudaeorum autem e Perside reditum scriptis libris Esdras est
complexus. eius autem reversionis haec fuit occasio, sicuti Iosephus
quidem memoriae prodidit. tres milites, satellites regii, quorum erat
in numero Zorobabelus, contendebant inter sese per occasionem pa-
cti conventi, ut qui vicisset, potestatem haberet a rege petendi
quicquid vellet. cum igitur unus dixisset vincere vinum, alter regem,
Zorobabelus feminas vincere statuit, ante omnia vero veritatem. quod
verbum ubi protulisset, victoriam caeteris eripuit petereque iussus
est quod lubuisset. tum ille nationem suam captivam in libertatem
restitui postulavit, idque continuo factum est: quippe tum etiam 70
illi anni divinae irae completi erant. extruebant autem deinceps Hiero-
solymitanum templum Zorobabelus et Iesus Iosedeci F. neque perfici
secunda istaec structura potuit ante annum quadragesimum sextum,
quod a finitimis nationibus impediretur. prior vero intra vigesimum

ιστορεῖ, καὶ τὴν μέντοι ἀπὸ Βαβυλῶνος τῶν Ἰουδαίων ἐπάνοδοι,
 καὶ μὴν καὶ τὴν τῶν νεκρῶν παγκόσμιον ἀνάστασιν αἰνιττό- B
 μενος ὁ θεὸς ὑπέδειξε τῷ Ἰεζεκιήλ πεδίον πλήρες ὄστων νεκρῶν,
 ἃ παραδόξως ἐξωογονήθησαν. ὁ μὲν οὖν Ἑσδρας εὐφρῆς ὢν
 5 προσκόμισε τότε τὸν νόμον, καὶ ἀνέγνω, καὶ ὑπετύπωσε πάν-
 τας τὰ κατὰ τὸ ἱερόν, καὶ τοὺς λαβόντας ἄλλογενεῖς γυναί-
 κας ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας ἐκβαλεῖν πεποίηκε. καὶ
 οὔτε πάντες καθαρισθέντες ἐποίησαν τὸ πάσχα. ἀλλὰ καὶ
 10 ἄθεις γυναῖκας ἑωρακῶς Ἀζωτίους Ἑβραίους ἐπιμιγείσας, καὶ
 νομον. λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὡς εἰ μὴ ἦν ὁ Ἑσδρας, οὐκ C
 ἂν οὐδὲ ἐν βιβλίῳ διὰ γε τὴν τῶν Ἰουδαίων ῥαθυμίαν καὶ
 τὴν πολυχρόνιον αἰχμαλωσίαν μέχρι τοῦ νῦν διεσώζετο. προσ-
 σχεῖν δὲ ἄξιον καὶ τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ ἐν τοῖς κατὰ Ἰου-
 15 λιανοῦ καὶ τὰδε περὶ τούτου διεληφότε. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν
 ἐνεγκοῦσαν ἀπεκομίζοντο οἱ Ἰουδαῖοι καὶ νόμῳ τῷ διὰ Μω-
 σέως παιδαγωγείσθαι πάλιν ἐσπούδαζον, τότε δὴ τότε παρ'
 αὐτοῖς ἐδέχετο σκῆπτρον Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιήλ ἐκ φυ-
 λῆς Ἰούδα, ὥστε εἰ καὶ καταλήξαι φησὶν ὁ παράφρων εἰς
 20 Σεδεκίαν τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν, ματαιούζειν εἴοικε προφα-
 νῶς, εἶγε μετὰ τὸν τῆς αἰχμαλωσίας καιρὸν τοῖς τῆς βασι- D
 λείας θώκοις ὁ Ζοροβάβελ ἐνιδρυμένος ἐφαίετο. οὗτος μὲν

annum a Solomone absoluta fuerat, ut Esdras commemorat. caeterum
 exemplo quodam declarare volens deus non modo Iudaeorum e Ba-
 bylone reditum sed etiam universalem ex mortuis resurrectionem,
 Iezechielo campum ossibus cadaverum plenum ostendit, quae novo
 et inusitato modo vitam recuperabant Esdras autem, vir praestantis
 ingenii, legem id temporis protulit, eaque recitata templi structuram
 universam lineis deformavit, effecit etiam ut quicumque peregrinas
 uxores durante captivitate duxissent, excluderentur; quo pacto lustralis
 omnibus pascha celebratum est. cumque rursus vidisset Ebraeos quos-
 dam cum Azotiis mulieribus consuescentes, deplorato malo auctor
 populo fuit ut earum coniugio tanquam illegitimo valedicerent ipsas-
 que feminas repudiarent. hoc quoque memoriae proditum est, quod
 absque hoc viro fuisset, ne unum quidem librum sacrum habituri
 essent, ob Iudaeorum negligentiam diuturnaque captivitatem. ani-
 madvertendum hoc etiam, quod eximius ille Cyrillus in libris adversus
 Iulianum scriptis exposuit. posteaquam, ait, in patriam suam Iudaei
 reversi fuissent, seque rursus ad praescriptum legis a Mose traditae
 magno studio conformare coepissent, Zorobabelus Salathieli F. ex
 Iudaica tribu regnum apud eos accepit. quapropter cum vesanus ille
 Iulianus regnum Davidis in Sedecia finem habuisse dicit, palam de-
 lirat, quando post captivitatis tempus in regio solio Zorobabelus cog-

ὄν παρέπεμψε τὸ σκήπτρον διὰ τῶν ἀφ' ἑξῆς μέχρι τῆς Ἡρώδου βασιλείας, ὃς μητρὸς μὲν γέγονεν Ἰουδαίας, ἀλλογενεὺς δὲ πατρός. ἐπιλειπόμενος γὰρ οὕτω τῶν ἐκ τῆς Ἰουδα φυλῆς τὸ ἄρχειν λαχόντων ἐγενήθη ὁ Χριστός· ὃς καὶ γέγονεν ἔθνῶν προσδοκία. οὗτος μὲν οὖν, ὁ διαληφθεὶς δηλονότι τὴν Ἡρώδης, τῷ Ἀυγούστῳ συμμαχῆσας Καίσαρι μετὰ τῶν οὐκείων ἀναλωμάτων, ἤνικα κατὰ Κλεοπάτρας ὤρμησε, τὸ βασιλεύειν ἐν Ἰουδαίᾳ ὥσπερ τι παρ' ἐκείνου φιλοτιμίαμα ἔλαβε. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως.

P. 200 Τῷ Ναβουχοδονόσορ δὲ μεγαλαυχούμετος καὶ μεγαλορρημονοῦντος ἐφ' ἧ πόλει παγκάλῳ ἔκτισε, φρονὴ γέγονεν εἰς οὐρανοῦ λέγουσα „Ναβουχοδονόσορ, ἡ βασιλεία σου παρελήθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκδικώσουσί σε, καὶ μετὰ Θηρίων ἡ κατοίκησί σου, καὶ χόριον ἀγροῦ ψωμιούσῃ σε. καὶ ἐπὶ κειροὶ ἀλλαγῆσονται ἐπὶ σέ, 15 ἕως οὗ γῆς ὅτι κυριεύει ὁ ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων. καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ταῦτα συντελέσθησαν, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις ἐμεγαλύνθησαν αἱ τρίχες αὐτοῦ ὡς λέοντος καὶ Βοὶ ὄνυχες ὡς ὄρνέου.“ ταῦτα ἰδὲ πέποιθεν ἅτε μεγαλαυχῶν V. 155 σας ἐπὶ τῷ τῆς εἰκόνης ὀράματι· θεὸν γὰρ ἐντεῦθεν ἑαυτὸν ὀπλάθειν. ὅθεν καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ἴσθησι τοῦ προσκυνεῖσθαι ἔνεκεν, καὶ τὴν κύμινον διεύρη ἀπῆψεν. μετὰ δὲ

sedh. Idem ad posterum sceptrum transmisit usque ad Herodis imperium, qui matre quidem Iudaea prognatus fuit, patre vero extraneo. quippe cum defecissent ex tribu Iudaide principes, Christus expectatio gentium natus est. Herodes autem, cuius mentionem modo faciebamus, cum opem Augusto Caesari suis impensis atque sumptibus id temporis tulisset, quo contra Cleopatram copias ducebat, regnum Iudaicum tanquam liberale navatae operae praerium ab eo consecutus est. ac de his quidem haec tenet.

Caeterum cum Nabuchodonosor magnifice semet iactaret eius urbis nomine quam condendo ad elegantiam insignem perduxisset, vox quaedam de coelo est audita, quae huiusmodi verba pronuntiaret (Daniel. 4 22) „regnum tuum, Nabuchodonosor, iam tibi perit, adeoque abigeris a mortalium coetibus, inter feras belluas deges, agri gramine vesceris, anni denique septem hoc modo tibi peragentur, donec agnoveris esse quendam excelsissimum, cuius dominatu ac potestate regna mortalium contineantur.“ quae ubi dicta fuissent, eadem hora respondit eventus. nam inter alia crines eius excreverunt ad leoninorum crinium magnitudinem, itidemque consecutus est unguis qui volucrum unguis aequarent. haec autem propterea perpressus est quod inter alia nimis magnos sumpsisset animos ob conspectam in somno imaginem. nam deum se putabat esse. qua ductus opinione

ταῦτα ὄρα δεύτερον ὄνειρον, δένδρον εἰς οὐρανὸν φθάνον
 πατωτός πετεινός περιηχούμενον. φωνὴ ἄνωθεν ταμὴν ἀπει-
 λοῦσα τοῦ δένδρου, ἄνευ μέντοι τῆς ῥίζης. σαφηνίζει καὶ
 τοῦτο τὸ ὄραμα ὁ Δανιὴλ, καὶ ἐπταστίαν λέγει αὐτὸν συνα-
 5 γελαίεσθαι τοῖς ἐν ὄρεσι θηρίοις, εἶτα πρὸς τὴν βασιλείαν
 ἐπανελθεῖν. ὃ τι δὴ καὶ γέγονε.

Μετὰ τοῦτον κρατεῖ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, εἶτα ὁ ἕτερος υἱὸς C
 αὐτοῦ Βαλθάσαρ. οὔτως συμπόσιον ποιήσας καὶ τοὺς μεγα-
 10 στῆνας αὐτοῦ συγκαλεσάμενος ἐκάθητο μεθύων καὶ γαστριζό-
 μενος, ὑπηρετούμενα ἔχων τῷ τοιοῦτῳ συμποσίῳ τὰ ἱερὰ
 σκεύη ἐκεῖνα ἅπερ ὁ Ναβουχοδονόσορ ἀφείλετο τοῦ ἐν Ἰερο-
 σολύμοις θεῖου ναοῦ. ἐπὶ τούτοις ἀρχίζεται ὁ θεός. ἐφ' ᾧ καὶ
 15 ἡ πεντῆ καταψηφίζεται τῶν αὐτοῦ καταφρονούτων ἀπάλει-
 αν. ὄρα ἱεροκόπον ὁ Βαλθάσαρ ἐπὶ τῇ κοινίᾳ τοῦ αἴκου, ἐν
 15 ᾧ ἐκάθητο, ἀστράγαλον χειρὸς καὶ γράμματα οὕτω διαγο-
 ρεύοντα „μανὴ θεκέλ φαρές.” ἔθεν καὶ οὐ μικρῶς ὁ βασι- D
 λέως ἐπὶ τούτοις ἔπορεῖ. ἐρωτᾷ περὶ τούτων τοὺς ἑαυτοῦ
 σοφοὺς· οἱ δὲ μηδὲν εἰδέναι ὁμνυνται. μετκαλεῖται καὶ
 ὁ προφήτης Δανιὴλ· ἔφθασε γὰρ ἡ ἐν αὐτῷ προφητικῇ δύ-
 20 ναμις γενέσθαι κατάδηλος, ἦν ἵκα τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην τοῦ
 Ναβουχοδονόσορ ὄρασιν καὶ εἶπεν καὶ διεσαύησεν. εἰκόνα

simulacrum suum crexit, ut adoraretur, incensa etiam fornace, in
 quam praecipitarentur, si qui facere imperata renuissent. secundum
 haec alterum illud somnium habuit, in quo videbat arborem ad coe-
 lum usque pertingentem, in qua omnis generis volucres cantillarent.
 secuta est vox coelitus edita, quae resectionem arboris, radice ta-
 men excepta, munitabatur. illud etiam somnium Danielus interpreta-
 tur, simulque futurum praedicit ut annos septem inter belluas mon-
 tanas vagaretur; quo tempore exacto regnum, sicut etiam accidit,
 recuperaret.

Nabuchodonosoris in imperio successor fuit filius ipsius, ac post
 eum filius alter Balthasarus. hic instituto convivio, cum magnates suos
 invitasset, forte sedebat temulentiae gulaeque deditus, adhibitis illud
 ad convivium sacris etiam vasis quae Nabuchodonosor e divina Hiero-
 solymorum aede secum abstulerat. hanc ob causam iratus deus ad-
 versarios invidentes sibi perdere in univarsum statuit. quapropter ac-
 cidit ut rex Balthasarus in albario parietis opere domus illius, qua in
 domo sessitabat convivium celebrans, manus articulos cerneret atque
 litteras, quae huiusmodi quiddam indicarent „mane thecel phares.”
 quibus verbis rex non mediocriter perturbatus suos de iis sapientes
 consultit. qui cum nihil eorum se intelligere sacramento confirmas-
 sent, Danielus vates accessit. nam vaticinandi vis in eo palam fa-
 cta iam ante fuerat, cum visum illud nocturnum Nabuchodonosoris

γὰρ εἶδε κατ' ὄναρ πολύχρονον καὶ λίθον ἄνευ χειρὸς ἐξ ὄρου
 τμηθέντα καὶ τὴν εἰκόνα συντρίψαντα. ἀλλ' ἐπελάθετο τοῦ
 P. 201 ὄραματος. Ἐξυπνος γεγωνὸς μαθεῖν ἐζήτει τὴν ὄρασιν. καὶ
 πάντων ἀπορούντων τῶν αὐτοῦ σοφῶν τε καὶ ἐπαιδῶν (θεοῦ
 γὰρ ἔλεγον τὰ τοιαῦτα πράγματα) ὁ προφήτης μετεκλήθη 5
 Δανιήλ, καὶ ὡς εἶχε τὰ τῆς ὄρασεως τῆ βασιλεῖ διεσάφησε.
 μανθάνει ταῦτα καὶ Βαλθάσαρ, καὶ τὸν προφήτην οὐ μικρῶς
 αἰτεῖ περὶ τῆς ἐπιλύσεως τῶν ὄραθέντων ἐκείνῳ γραμμῶν.
 πείθεται οὖν καὶ φησι πρὸς αὐτόν „μανή, ἠρίθμησεν ὁ θεὸς
 τὴν βασιλείαν σου καὶ ἐπλήρωσε· τοῦτο γὰρ ἐρμηνεύει ἡ Σύρα 10
 γλωττα καὶ Ἑβραῖς. θεκέλ, ἐστάθησεν ὁ θεὸς τὴν βασιλείαν
 B σου, καὶ εὐρέθη ὑστεροῦσα. φαρές, διήρηται καὶ ἡ βασι-
 λεία σου καὶ ἐδόθη Πέρσαις καὶ Μήδοις.” τότε καὶ γὰρ
 μόνον ἦν ἡ βασιλεία τῶν Βαβυλωνίων. ὁ τοίνυν Βαλθάσαρ
 τὰ συμβησόμενα αὐτῷ δεινὰ μεμαθηκῶς οὐ μόνον οὐκ ἔδυσ- 15
 χέρωνε κατὰ τοῦ Δανιήλ, ἀλλὰ καὶ ὡς ὑπέσχετο, δωρεαῖς
 αὐτὸν μεγίσταις ἡμείψατο, πορφύραν ἐνδύσας καὶ χρυσοῦν
 μανιῶκιον. ἀλλὰ καὶ ἐρωτήσας αὐτὸν ὅπως ἐξευμενίσαι δυ-
 νηθεῖ τὸ θεῖον, ἤκουσεν „ἐν ἐλεημοσύναις τὰς ἁμαρτίας
 σου λύτρωσαι, καὶ ἀσέβειάν σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτωκ.” 20

8. αἰτεῖ] πελεύει F.

sane admirandum et indicaret et declararet. quippe visus ille sibi fue-
 rat videre per quietem statuam quandam ingentis magnitudinis, quam
 lapis absque manu revulsus a monte contriverit verum ipsius somnii
 fuerat oblitus. quapropter expectatus quodnam fuisset nocturnum illud
 visum, cognoscere gestiebat. heic cum omnes ipsius sapientes ac magi
 de re desperassent, quod effari talia solius esse dei dicerent, tandem
 vates Danielus arcessitus regi somnium suum exposuit. haec ita tum
 fuisse gesta Balthasar cognoscit. quapropter vatem sollicito rogat ut
 quid eae sibi litterae vellent, quas conspexisset, declararet. cui Dani-
 elus acquiescens „verbum” inquit (Dan. 5 26) „Mane denotat deum
 annos regni tui numerasse ac complevisse: nam significationem nu-
 merandi tam Syra quam Hebraea in lingua habet. Thecel, appendit
 ad stateram deus regnum tuum, idque iusto pondere deficere depre-
 hendit. Phares, divisum est regnum tuum ac Persis Medisque con-
 cessum.” etenim id temporis soli Babylonii per orbem regnabant. has
 calamitates cum imminere sibi Balthasar de vatis indicatione cogno-
 visset, non modo non succensuit Danielo, verumetiam, uti pollicitus
 fuerat, amplissimis eum muneribus ornavit, purpura videlicet aureo-
 que torque donatum. cumque vatem interrogasset quo pacto numen
 divinum placare posset, responsum huiusmodi tulit „beneficentia re-
 dime delicta tua, et impietatem tuam commiseratione erga pau-
 peres.”

Μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύει κατὰ Βαβυλωνίων ὁ Δαρεῖος κατὰ τὴν τοῦ Δανιήλ πρόρρησιν, καὶ ἄγει σὺν τοῖς λοιποῖς αἰχμαλώτοις καὶ αὐτὸν τὸν Δανιήλ, ὃν καὶ διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς. φθονοῦσιν αὐτῷ οἱ σατράπαι. πείθουσι τὸν βασι-
 5 λέα τοιάνδε θῆσθαι κέλευσιν, ὃς ἂν εὐρεθῆι εὐζάμενος εἰς
 θεόν, τῷ τῶν λέοντων ἐμβληθῆναι λάκκῳ. ὁ γοῦν Δανιήλ
 μηδὲν τούτων φροντίσας ἤρχετο εἰς θεόν. ἐφ' ᾧ καὶ τοῖς
 λέουσι παραδίδοται. ἀλλὰ σῶος τῇ ἐπαύριον τοῦ λάκκου
 ἐξέρχεται. τῶν δὲ εἰπόντων μὴ ἄλλως τὸν Δανιήλ σωθῆναι,
 10 εἰ μὴ κατακορεῖς ἦσαν οἱ λέοντες, τί γίνεται; τοῖς λέουσι καὶ
 αὐτοὶ παρατίθενται, καὶ εὐθέως βορὰ τούτοις γίνονται. μετὰ
 ταῦτα, ἤγουν μετὰ τοὺς λέοντας, τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀνερχόμενα τέσσαρα θηρία ὄρα· καὶ ὁ Γαβριήλ δὲ ἐν πεδίῳ τινὶ
 15 διαλέγεται αὐτῷ καὶ τὰ μέλλοντα διδάσκει.

Μετὰ ταῦτα κρατεῖ Κύρος ὁ Πέρσης τὸν τοῦ Ἀστυάγου Δαρεῖον ἀνελὼν καὶ τὸν Κραῖσον ἀφανίσας. τότε δὴ τότε ὁ
 Δανιήλ καὶ τὸ τῶν Βαβυλωνίων εἶδωλον, αὐτὸν δηλαδὴ τὸν
 Βήλ, ἐκ μέσου πεποίηκε, καὶ τὴν τῶν ἱερέων κακουργίαν διὰ
 τῆς αἰθύλης ἀπῆλεγε. ἀναιρεῖ δὲ καὶ τὸν παρ' ἐκείνοις τε-
 20 μόμωμον δράκοντα. εἶτα τί; ἐπυνίστανται κατὰ τοῦ Κύρου
 ὡς δῆθεν Ἰουδαϊζοντος οἱ ἱερεῖς, ἔκδοτον λαμβάνουσι τὸν
 Δανιήλ, καὶ ἐν ἑξ ἡμέραις λάκκῳ κατακλείουσιν, ἐπὶ λέου-
 σι παραδόντες αὐτόν. ἀλλὰ βληθεὶς καὶ τότε ἀβλαβῆς δια- P. 202

Secundum haec Darius exercitum in Babylonios ducit, quemadmodum Danielus futurum praedixerat. is inter captivos caeteros ipsum quoque Danielum abduxit, et magno deinceps in pretio habuit. hinc orta satraparum invidia: persuadent regi mandatum ut publicaret, quo significaretur leonum in foveam abiiciendum esse, qui a deo quicquam petere deprehenderetur. hoc edictum Danielus minime reveritus, deum precibus implorabat. quamobrem leonibus obiicitur, sed altero mox die salvus e fovea progreditur. heic illi dicere Danielum alia nulla de causa incolumem evasisse quam quod leones saturi fuissent. quid inde factum? ipsi quoque leonibus obiiciuntur, et ab eis continuo devorantur. post id temporis Danielo visum offertur, quo e mari animalia quattuor egredi cernit; angelusque Gabrielus quodam in prato cum ipso colloquens futura declarat.

Deinceps imperio Cyrus Persa potitur, Dario Astyagis F. extincto sublatoque de medio rege Croeso. id temporis Danielus Belum simulacrum Babyloniorum abolevit, et improbitatem sacrificorum per cinerem coarguit. sustulit item draconem illum quem religiose venerabantur. hinc factum ut orta sacrificorum seditione adversus Cyrum, quasi iam sperte iudaissantem, Danielus eis dederetur et totos sex dies in ca-

μένει. τήνικαῦτα καὶ ὁ Ἄββακὸν ἐν ἀκαριῇ τῷ Δαυιδῷ ἐπί-
σταται, καὶ ταῦτα τοῦ λάκκου ἐσφραγισμένου ὄντος, τὸ τῶν
θεριστῶν ἐξ Ἰουδαίας βρωμα κομιζῶν αὐτῷ· τοιαῦτα καὶ
γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ θανμύσια. καὶ τῷ Δαυιδῷ ἐπέστη, καὶ
τῶν θεριστῶν οὐκ ἀπελιμπάνετο. 5

Μετὰ δὲ Κῦρον Καμβύσης ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Να-
βουχοδονόσορ ἐπικληθεὶς, ὁ στρατηγὸς Ὀλοφέρνης, ὃν ἡ
Ἰουδὴ παυσόφως ἀποκτείνασα καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ λαβούσα
Βούχ ὑψώθη τὴν καρδίαν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τῷ κορίθῳ ἀνα-
θεμένη τῇ χηρείᾳ ἐδούλευσε μετὰ τῆς συνήθους ἐγκρατείας 10
ζήσασα ἐτη ρε'. μετὰ τοῦτον Σμέρδιος ὁ Μάγος, εἰτα Δα-
ρεῖος ὁ τοῦ Ὑστάσπου, ἐφ' ὃ πάλιν ὁ Ζοροβάβελ καὶ ὁ
Ἰησοῦς ἐτελείωσαν τὸν ναὸν ἀμεληθέντα ἐτη μ'. μετὰ Δα-
ρεῖον Ἀρταβάνης. μετὰ τοῦτον Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ,
ἐφ' ὃ Σοφοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος, Ἀναξαγόρας καὶ Πυθα- 15
γόρας καὶ Θουκυδίδης καὶ Εὐριπίδης καὶ Ἡρόδοτος καὶ Ἐμ-
πεδοκλῆς καὶ Διογένης καὶ Ἰπποκράτης, Πλάτων καὶ Ἀριστο-
τέλης ἐγνωρίζοντο. μετὰ δὲ Ἀρταξέρξην ἕτερος Ἀρταξέρξης,
καὶ ἕως Δαρεῖον τοῦ Ἀρσάμου, ὃν καθελῶν Ἀλέξανδρος τὴν
βασιλείαν τῶν Περσῶν κατέλυσε καὶ πόσιν τὴν γῆν ἐκρά- 20
τησε.

dem cum septem leonibus fovea concluderetur. verum ne tum qui-
dem aliquid detrimenti accepit. quinetiam vates Abbacumus in oculi
momento ad Danielum pervenit, quanquam fovea ipsa obsignata fo-
ret, eique coctum messoribus in iudaea cibum defert. eiusmodi sunt
divina prodigia. vates idem et Danielo adest et a messoribus non
desideratur.

Cyrum in regno Cambyses filius, qui et Nabuchodonosoris cogno-
mentum habuit, secutus est. eius copiarum imperator fuit Holopher-
nes ille, quem cum Iuditha prudenter necasset ac rebus ipsius omni-
bus potita fuisset, non tamen insolenter animos sumpsit, sed omni-
bus deo consecratis in viduitate solitaque continentia vixit ad an-
num usque 105. post Cambysem magus quidam Smerdis regnum oc-
cupavit. eum Darius Hystaspis F. est consecutus, sub quo Zorobabel
et Iesus fanum, quod annos totos 40 neglectum iacuerat, rursum ae-
dificando perfecerunt. post Darium regnavit Artabanes, quem Arta-
xerxes Longimanus excepit. eius aetate Sophocles, Heraclitus, Ana-
xagoras, Pythagoras, Thucydides, Euripides, Herodotus, Empedo-
cles, Diogenes, Hippocrates, Plato, Aristoteles clari fuerunt. post Ar-
taxerxem hunc et alius Artaxerxes exstitit, succedentibus ordine sibi
Persarum regibus usque ad Darium Arsamis F. quo deiecto sublato-
que regnum Persicum Alexander evertit et orbis imperio poti-
tus est.

Μάνθανε ὄν ἐντεῦθεν ὅτι πρώτη βασιλεία ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἦτοι Βαβυλωνίων, δευτέρα ἡ τῶν Μήδων ὡς ἐκείνην καθελούσα, μετὰ ταῦτα ἡ τῶν Περσῶν ὡς ἐκείνην διαδέξαμένη, ἔπειτα ἡ τῶν Μακεδόνων ὡς καταγωνισαμένη τοὺς Πέρσας, καὶ τέλος ἡ τῶν Ῥωμαίων.

Μετὰ μέντοι τὸν Ἀλέξανδρον οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ μεγιστάνες τὴν βασιλείαν διεβλον, καὶ τῆς μὲν Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ὁ Λαγῶς καὶ οἱ καθ'ἑξῆς Πτολεμαῖοι δέκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες καὶ τρεῖς ἕως Κλεοπάτρας, τῆς δὲ Ἀσίας Ἀντίγονος, 10 τῆς δὲ Συρίας καὶ Παλαιστίνης Σέλευκος ὁ Νικάνωρ, ὃς καὶ πόλεις δύο κτίσας εἰς τὰ μέρη Κιλικίας καὶ ἑτέραν ἐν Συρίᾳ D τὴν μὲν Σελευκίαν ἐκάλεσε, τὴν δὲ Ἀντιόχειαν, τὴν δὲ Λαοδικίαν, εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ. ἐφ' ὃ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες ἀνέστη- 15 σαν ἐν τῇ γῆσιν χαλκοῦν ἀνδριάντα εἰς τιμὴν τοῦ ἡλίου, ὃν V. 157 διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσόν; ἀφ' ὃ καὶ αὐτοὶ Κολοσσεῖς ὠνομάσθησαν. μετὰ δὲ Σέλευκον Ἀντίοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἑτεροὶ πέντε. εἶτα Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανὴς υἱὸς Σελευκοῦ τοῦ φιλοπάτορος· ἐφ' ὃ ἡ δευτέρα ἄλωσις τῆς Ἰε- 20 ρουσαλήμ. οὗτος γάρ τὴν Αἴγυπτον πᾶσαν χειρῶσάμενος ὡς ἀπαξ καὶ ἄδικος ἐπὶ τὴν Ἰερουσαλήμ μετὰ θυμοῦ ὑπέστρε-

14. οὐ] ῥ P.

Hinc ergo discito primum omnium regnum fuisse Assyriorum sive Babyloniorum, alteram Medorum, a quibus illud primum sublatum fuit; tertium Persarum, quod Medorum imperio successit; quartum Macedonum, a quibus debellati sunt Persae; postremum Romanorum.

Post Alexandrum eius famuli atque proceres regnum dividerunt. Aegypto praefuit Ptolemaeus Lagi F. quem ordine Ptolemaei 13 subsequenti sunt usque ad Cleopatram. Asiam occupavit Antigonus, Syriam et Palaestinam Seleucus Nicanor, qui urbes duas in Cilicia condidit et unam in Syria. harum primam Seleuceam appellavit, alteram Antiocheam, tertiam Laodiceam, inditis nimirum huiusmodi nominibus a suo et filii filiaeque nomine. sub hoc Rhodii maris imperio potiti statuum solis ex aere sua in insula excitarunt, quam propter magnitudinem Colossus dixere, ac vocati sunt ipsi deinceps Colossenses. post Seleucum Antiochus filius regnavit, eiusdemque nominis alii quinque. deinde regnum obtinuit Antiochus illustris, Selenci Philopatoris F. sub quo Hierosolyma secunda vice capta est: cum enim Aegyptum universam praedonis et iniusti hominis in morem cepisset, Hierosolymam iracundus se convertit, ibique 180 hominum milia necavit. elapso biennio rursus copiarum imperatorem

μένει. τήνικαῦτα καὶ ὁ Ἄβρακὸν ἐν ἀκαριῇ τῷ Δανιὴλ ἐφίσταται, καὶ ταῦτα τοῦ λάκκου ἐσφραγισμένου ὄντος, τὸ τῶν θερισιῶν ἐξ Ἰουδαίας βρῶμα κομιζῶν αὐτῷ· τοιαῦτα καὶ γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ θανμύσια. καὶ τῷ Δανιὴλ ἐπέστη, καὶ τῶν θερισιῶν ὄνκ ἀπελιμπάνετο. 5

Μετὰ δὲ Κῦρον Καμβύσης ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ Ναβουχοδονόσορ ἐπικληθεὶς, ὁ στρατηγὸς Ὀλοφέρνης, ὃν ἡ Ἰουδῆθ πανσόφως ἀποκτείνασα καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ λαβοῦσα Βοθχ ὑψώθη τὴν καρδίαν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τῷ κυρίῳ ἀναθεμένη τῇ χηρεία ἐδούλευσε μετὰ τῆς συνήθους ἐγκρατείας 10. ζήσασα ἔτη ρε'. μετὰ τοῦτον Σμέρδιος ὁ Μάγος, εἶτα Δαρείος ὁ τοῦ Ἰουάσπου, ἐφ' ὃ πάλιν ὁ Ζοροβάβελ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐτελείωσαν τὸν ναὸν ἀμεληθέντα ἔτη μ'. μετὰ Δαρείον Ἀρταβάνης. μετὰ τοῦτον Ἀρταξέρξης ὁ μακρόχειρ, ἐφ' ὃ Σοφοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος, Ἀναξαγόρας καὶ Πυθαγόρας καὶ Θουκυδίδης καὶ Εὐριπίδης καὶ Ἡρόδοτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Διογένης καὶ Ἰπποκράτης, Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἔγνωρίζοντο. μετὰ δὲ Ἀρταξέρξην ἕτερος Ἀρταξέρξης, καὶ ἕως Δαρείου τοῦ Ἀρσάμου, ὃν καθελὼν Ἀλέξανδρος τὴν βασιλείαν τῶν Περσῶν κατέλυσε καὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐκύρι- 20 τησε.

dem cum septem leonibus fovea concluderetur. verum ne tum quidem aliquid detrimenti accepit. quinetiam vates Abbacumus in oculi momento ad Danielum pervenit, quanquam fovea ipsa obsignata foret, eique coctum messoribus in Iudaea cibum desert. eiusmodi sunt divina prodigia. vates idem et Danielo adest et a messoribus non desideratur.

Cyrum in regno Cambyses filius, qui et Nabuchodonosoris cognomen habuit, secutus est. eius copiarum imperator fuit Holophernes ille, quem cum Iuditha prudenter necasset ac rebus ipsius omnibus potita fuisset, non tamen insolenter animos sumpsit, sed omnibus deo consecratis in viduitate solitaque continentia vixit ad annum usque 105. post Cambysem magus quidam Smerdis regnum occupavit. eum Darius Hystaspis F. est consecutus, sub quo Zorobabel et Iesus fanum, quod annos totos 40 neglectum iacuerat, rursus aedificando perfecerunt. post Darium regnavit Artabanes, quem Artaxerxes Longimanus excepit. eius aetate Sophocles, Heraclitus, Anaxagoras, Pythagoras, Thucydides, Euripides, Herodotus, Empedocles, Diogenes, Hippocrates, Plato, Aristoteles clari fuerunt. post Artaxerxem hunc et alius Artaxerxes exstitit, succedentibus ordine sibi Persarum regibus usque ad Darium Arsamis F. quo deiecto sublatoque regnum Persicum Alexander evertit et orbis imperio potitus est.

Μένθωνε ὄν ἐπιτεῦθεν ὅτι πρώτη βασιλεία ἦ τῶν Ἀσσυρίων ἢτοι Βαβυλωνίων, δευτέρα ἡ τῶν Μήδων ὡς ἐκείνην κατελοῦσα, μετὰ ταῦτα ἡ τῶν Περσῶν ὡς ἐκείνην διαδεξάμενη, ἔπειτα ἡ τῶν Μακεδόνων ὡς καταγωνισαμένη τοῦς 5 Πέρσας, καὶ τέλος ἡ τῶν Ῥωμαίων.

Μετὰ μέντοι τὸν Ἀλέξανδρον οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ μεγιστᾶνες τὴν βασιλείαν διεβλον, καὶ τῆς μὲν Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ὁ Λαγῶς καὶ οἱ καθέξῃς Πτολεμαῖοι δέκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες καὶ τρεῖς ἕως Κλεοπάτρας, τῆς δὲ Ἀσίας Ἀντίγονος, 10 τῆς δὲ Συρίας καὶ Παλαιστίνης Σέλευκος ὁ Νικάνωρ, ὃς καὶ πόλεις δύο κτίσας εἰς τὰ μέρη Κιλικίας καὶ ἕτεραν ἐν Συρίῃ D τὴν μὲν Σελεύκειαν ἐκάλεσε, τὴν δὲ Ἀντιόχειαν, τὴν δὲ Λαοδικεῖαν, εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ. ἔφ' οἷ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες ἀνέστη- 15 σαν ἐν τῇ νήσῳ χαλκοῦν ἀνδριάντα εἰς τιμὴν τοῦ ἡλίου, ὃν V. 157 διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν κολοσσόν, ἀφ' οἷ καὶ αὐτοὶ Κολοσσεῖς ὠνομάσθησαν. μετὰ δὲ Σέλευκον Ἀντίοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ ἕτεροι πέντε. εἶτα Ἀντίοχος ὁ ἐπιφανῆς υἱὸς Σελεύκου τοῦ φιλοπάτορος. ἔφ' οἷ ἡ δευτέρα ἄλωσις τῆς 20 Ἰερουσαλήμ. οὗτος γὰρ τὴν Αἴγυπτον πᾶσαν χειρωσάμενος ὡς ἄρπυξ καὶ ἄδικος ἐπὶ τὴν Ἰερουσαλήμ μετὰ θυμοῦ ἐπέστρε-

14. οὗ] ὅ P.

Hinc ergo discito primum omnium regnum fuisse Assyriorum sive Babyloniorum, alteram Medorum, a quibus illud primum sublatum fuit; tertium Persarum, quod Medorum imperio successit; quartum Macedonum, a quibus debellati sunt Persae; postremum Romanorum.

Post Alexandrum eius famuli atque proceres regnum dividerunt. Aegypto praefuit Ptolemaeus Lagi F. quem ordine Ptolemaei 13 subsequenti sunt usque ad Cleopatram. Asiam occupavit Antigonos, Syriam et Palaestinam Seleucus Nicanor, qui urbes duas in Cilicia condidit et unam in Syria. harum primam Seleuceam appellavit, alteram Antiocheam, tertiam Laodiceam, inditis nimirum huiusmodi nominibus a suo et filii filiaeque nomine. sub hoc Rhodii maris imperio potiti statuum solis ex aere sua in insula excitarunt, quam propter magnitudinem Colossum dixere, ac vocati sunt ipsi deinceps Colossenses. post Seleucum Antiochus filius regnavit, eiusdemque nominis alii quinque. deinde regnum obtinuit Antiochus illustris, Seleuci Philopatoris F. sub quo Hierosolyma secunda vice capta est: cum enim Aegyptum universam praedonis et iniusti hominis in morem cepisset, Hierosolymam iracundus se convertit, ibique 180 hominum milia necavit. elapso biennio rursus copiarum imperatorem

P. 203 *ψεν*, ἐνθεν τοι καὶ ἀνῆρέθησαν μυριάδες ιη'. μετὰ δὲ δύο
 εἴη ἀπέστειλε στρατηγόν, ὃς πολλὰ κακὰ τῇ πόλει τῇ ἁγίᾳ
 ἐνεδείξατο καὶ τὸν λαὸν ἐλληνίζειν ἠνάγκαζε. Ματθαῖος δὲ
 τις ἔχων υἱοὺς πέντε, ἀφ' ὧν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος, ὃς
 ζήλω θείῳ κινήσεις τὸν στρατηγὸν ἀπέκτεινε τοῦ Ἀντιόχου 5
 καὶ μυρία ἄλλα εἰργάσατο. ὁ δὲ Ἀντιόχος κατὰ Περσίδος
 μὲν ὀρμήσας, ἀτίμως δὲ ὑποστρέφων μετὰ καὶ νόσου βαρυ-
 τάτης, συνῆκε καθ' ἑαυτὸν λέγων „ἄξια πύσχω ὧν εἰς τὴν
 Β' Ἱερουσαλήμ πέπραχα." καὶ σκώληκας ἐκβράσας τὴν ψυχὴν
 ἀπερρῆξατο. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀντιόχος εὐπάτωρ ὁ υἱὸς αὐ- 10
 τοῦ, ἐφ' οὗ Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος τοὺς φρουροὺς Ἀν-
 τιόχου τροπωσάμενος ἤγειρε καθ' ἑαυτοῦ τὸν Ἀντιόχον μετὰ
 πλήθους ἀπέριου καὶ ἐλεφάντων ἅ και ε', ἐφ' ὧν πόρτοι ξυ-
 λιοι, ἔχοντες ὁ καθ' ἕνα ἀνὰ στρατιώτας ἐνόπλους λβ'. τότε
 δὴ τότε μεγάλα εἰργάσατο ὁ Ἰούδας, ὡς καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην 15
 λαβεῖν παρὰ τοῦ λαοῦ. ἐφ' οὗ ὁ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιράχ τῆν
 πανώριστον συντάξας Ἰουδαίους ἐγνωρίζετο.

misit, qui multa mala urbi sacrae intulit, populumque coegit ut
 Graecam religionem ac mores amplecteretur. exstitit tum Matthias qui-
 dam, cui quinque filii erant, et inter alios Iudas ille Maccabaeus,
 qui divina quadam aemulatione commotus regium ducem interemit et
 egregia facinora vel sexcenta patravit. rex autem Antiochus suscepta
 in Persidem expeditione, cum et gravissimo correptos morbo nec
 sine singulari dedecore domum reverteretur, ipsemet scelerata sua tan-
 dem agnovit, cum diceret se meritas eorum facinorum poenas pen-
 dere quae adversus Hierosolymam commisisset. atque hoc modo pe-
 diculis ex ipso largiter erumpentibus animam efflavit. successit ei
 filius Antiochus Eupator, quo regnante Iudas Maccabaeus in fugam
 coniectis Hierosolymitani praesidii ducibus Antiochum ipsum contra
 se cum infinitis copiis concitavit, quas inter et elephantum erant 55,
 quibus impositae turres spectabantur, quarum singulae milites arma-
 tos 32 continebant. in eo praelio tam insignia facinora Iudas edidit,
 ut etiam pontificatus ipsi a populo deferretur. eadem aetate Iesus,
 Sirachi F., qui librum de quovis virtutum genere composuit, cele-
 ber apud Iudaeos fuit.

Τ Μ Η Μ Α Τ Ρ Ι Τ Ο Ν .

Τὰ δὲ τῶν Ῥωμαίων πράγματα διεκείτο πρόωγν ὑπὸ ὑπάρ- P. 204
 των ἐπὶ ἔτη τξ̄ καὶ δ' ἕως Ἰουλίον Καίσαρος τοῦ μη γαινη- V. 158
 θέντος· τῆς γὰρ μητρὸς αὐτοῦ θανούσης ἐν τῷ ἑνάτῳ μηνὶ
 5 τῆς ἐγκυμονίας αὐτῆς, τὴν κοιλίαν αὐτῆς ἀνατέμνουσι καὶ
 σῶον αὐτὸν ἐκείθεν ἐκβάλλουσι, ὅθεν Καίσαρ ἐλέγτο, ἄφ'
 οὗ καὶ πάντες οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς Καίσαρες προσηγορεύ-
 θησαν· κατὰ γὰρ τὴν Ῥωμαίων γλωτταν ἀνατομὴ τὸ Καί-
 10 σαρ λέγεται. οὗτος δ' Ἰούλιος Καίσαρ δικτάτωρ ἐκαλεῖτο,
 10 τουτέστι μονάρχης· αὐτὸς γὰρ μόνος καὶ πρῶτος τὸ Ῥω-
 μιῶν ἐκράτησε σκῆπτρον ἔτη ιη'. ὅς καὶ νόμους Ῥωμαίοις
 ἔδωκε, καὶ τὰς ἰνδίκτους καὶ τὸν βίσεκτον ἔφερε, καὶ τὸν
 μῆνα Ἰούλιον ὠνόμασε πρότερον Κιντίλιον λεγόμενον.

Μετὰ δὲ Ἰούλιον ἐβασίλευσεν ὁ ἐκ βρέφους μὲν Ὀκτάβι- P. 205
 15 ος, Ἀύγουστος δὲ διὰ τὴν λαμπρότητα ὕστερον, εἰ καὶ τινες
 αὐτὸν ἕτεροι λέγουσιν Ὀκταβίου υἱόν, ἔτη ν' καὶ ζ'. ἀφ' οὗ
 καὶ σεβαστοὶ καὶ Ἀύγουστοι οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς, καὶ ὁ

P A R S I I I .

A B I M P E R I O C A E S A R I S

U S Q U E A D C O N S T A N T I N U M M A G N U M .

Res Romanae a consulibus administratae sunt 364 annis usque ad Iulium Caesarem, qui partu materno in lucem editus fuisse negatur. nam cum mater ipsius mense nono, ex quo praegnans fuerat, e vivis excessisset, utero secto vivus et incolumis inde sumptus esse perhibetur. atque hinc Caesaris ei nomen datum aiunt, quod deinceps omnes Romanorum imperatores usurparunt: nimirum lingua Romana factum est id vocabulum a caedendo, quod fuisset excisus ex alvo materna. Iulius autem Caesar dictatoris appellationem consecutus est, qua significatur is qui solus imperium obtinet. quippe primus omnium solus rem publicam romanam administravit annis 12. leges tulit, in-dictiones ac bissextos ordinavit. ab eodem mensis Iulius dictus, qui antea Quinctilis vocabatur.

Post Iulium imperio potitus est Octavius: hoc enim a puero nomen habuit, deinceps ob rerum gestarum splendorem atque gloriam nuncupatus Augustus, cum esset, ut plerique tradunt, Octavii filius. regnavit annos 56. ab eo Romanorum imperatores Augusti sunt ap-

μὴν Αὐγουστος ἐκλήθη ὁ καὶ πρότερον Σεκτίλιος. Αὐγουστος δὲ ὁ Καίσαρ καλεῖται παρὰ Ῥωμαίους ὡς καὶ πλεῖον τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὑπάρχων· πάντα γὰρ τὰ ἱερώτατα καὶ σεβάσματα Αὐγουστα προσαγορεύονται. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σεβαστὸν εἶπον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ σεβάσθαι, ὡσαυτὲν τινα σεπτόν. ὁ Καίσαρ μετὰ τὸ τοὺς ἀντικειμένους αὐτῷ νικῆσαι, Β καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἀντιόχου ναυμαχοῦντα, τὸ κράτος ἔπαυσε καὶ μονάρχης γέγονεν. ἐν δὲ τῇ τοῦ στρατοπεδίου τόπῳ κτίσας πόλιν Νικόπολιν ταύτην ἐνόμασεν. ἔσθησε δὲ καὶ στηλας χαλκᾶς ἀνθρώπου καὶ ὄνου. λέγεται γὰρ νικτὸς εἰσι 10 οὔσης, καθ' ἣν ἡμῶν ἢ ναυμαχία συνέστη, ἀνθρώπου συναντήσαι ὄνον ἐλαύνοντι· καὶ ὃς ἐρωτηθεὶς „ἔμοι μὲν” ἔφη „Ἐκτόχης ὄνομα, τῷ δὲ ὄνῳ Νίκων.” αἱ δὲ στηλαὶ αὐταὶ ὕστερον ἀνεκομίσθησαν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ ἔστησαν ἐν τῇ Ἰκποδρομίῳ. ἀλλὰ καὶ Κλεοπάτραν χειρωσάμενος καὶ πᾶσαν 15 τὴν Αἴγυπτον ὑποτάξας, κατέβη τὴν βασιλείαν Πτολεμαίων V. 159 διαρκούσας ἔτεσι διακοσίους καὶ ὀκταήκοντα. καὶ πάσης δὲ τῆς γῆς κυριεύσας καὶ τοὺς τοπάρχας καταλύσας, ἀπέβη τοὺς φρονέουσας τὸν θεῖον αὐτοῦ Ἰούλιον. τότε δὲ τότε καὶ τὰ τοῦ Ἡσαίου πέρας εἴληφεν „μὴ λήψεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μά- 20 χαιραν.” κατελύθησαν γὰρ αἱ κατὰ τόπους τοπαρχίαι καὶ

15. Ἰκποδρομίῳ Meursius.

pellati, et mensis Augustus, qui antea Sextilis dicebatur. nimirum Caesar Romanorum Augusti nomen habet, ut qui supra sortem humanam positus sit: nam. quae maxime sacra sunt et religiosa, dicuntur augusta. quo factum ut Graeci Sebastum vocent, a veneratione, quasi religiose colendum. caeterum Caesar hic posteaquam suos adversarios vicisset ac inter eos navali pugna ipsum etiam Antonium superasset, potestatem omnem in se transtulit, ac solus dominari cepit. cumque illo ipso in loco, ubi castrametatus fuerat, oppidum extruxisset, a victoria Nicopolis ei nomen dedit. eodem in loco hominis et asini statuas aeneas columnis imposuit. nam perhibetur ea nocte quae praellii navalis diem antecessit, in hominem quendam incidisse, qui asinum ageret. cumque illius de nomine sciscitatus fuisset, mihi quidem, respondit ille, nomen est Eutyche, hoc est felix, asino vero Nicon, hoc est victor. atque hae columnae deinceps Byzantium deportatae sunt et in Circo equestri collocatae. quin etiam victa Cleopatra et omni Aegypto in potestatem redacta Ptolemaeorum regnum sustulit, quod annis 290 duraverat. deinde terrarum orbem universum sibi subiciens, et abrogato certorum quorundam locorum regulis imperio, interfectores Iulii, qui avunculus ei fuerat, necavit. id temporis oraculum Esajae (2 4) comprobavit eventus, „gens una contra gentem aliam gladios non sumet.” nam sublati singula-

βασιλείαι καὶ οἱ ἀπὸ μέσων αὐτῶν πόλεμοι. ἢ οὐκ εἶδες; ὀκητικὰ ταῦτα ἐπροφητεύετο, ἄλλος μὲν τῆς Ἱερουσαλήμ. ἐκράτει, ἄλλος δὲ τῆς Σαμαρείας, καὶ ἕτερος Μωαβιτῶν. D τοῦ δὲ Χριστοῦ κατὰ σάρκα γεννηθέντος ἀπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν 5 ἀρχὴν αἱ ἐθναρχαὶ πᾶσαι γέγονασιν. οὐκοῦν ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆς Ἱερουσαλήμ, ἣτις ἐγένετο ἐπὶ Νεεμίου καὶ Ἔσδρα, μέχρις Ἰρκανοῦ τελευταίου ἀρχιερέως, ὃν Ἡρώδης ἀνεῖλεν, 10 ὁ τῶν ἑξῆς ἐτῶν ἀριθμὸς συμπληροῦται. ἔκτοτε δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐν τῷ Ἰερδαίνῃ ἐπιφανείας τοῦ κυρίου αἱ λοιπαὶ ἐπτὰ 10 ἑβδομαδες κατὰ τὴν τοῦ Δαυιδὸς πρόφησιν τὴν οὕτω λέγουσαν „ὁ ἑβδομαδες συνετημήθησαν τοῦ καταλῦσαι ὕδασι καὶ προφήτην καὶ τοῦ χρισθῆναι ὄχιον ἁγίον,” τρυφῶσιν αὐτὸν τὸν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ θεόν. μετὰ μέντοι τὴν P. 206 ἀπαίρεσιν τοῦ Ἰρκανοῦ παρανόμως οἱ ἀρχιερεῖς ἐγένετο. 15 ἐξ δὲ γὰρ εἰς ἐκείνου κατήγατο.

Λέγεται δὲ καὶ τοῦτο περὶ τοῦ Αὐγουστοῦ Καίσαρος, 20 ὅτι εὐχολογῶν μὲν ἦν, μετεβάλλετο δὲ τάχιστα. οὗτος κατὰ πολλῶν τε ἀνθρώπων ἀπεφῆναιτο θάνατον· σοφὸς δὲ τις κατ' ἐκείνου καιροῦ χάριτι γράψας ἐνώπιον ἀκοντίζει τοῦ Καίσαρος. τὰ δὲ γράμματα ἔλεγε „δῆμιε, παῦσαι κρίνων.” ταῦτα αὖν ὁ Καίσαρ ἀκαγνοῦς ἐξίσταται τοῦ θρόνου, καὶ ἀκού-

8. ἐκπληροῦται M.
ποτὸ?

12. προφητεῖαν margo P.

18. τῆ]

rum regionum principibus atque regibus etiam bella, quae inter se gerebant, extincta sunt. quis enim ignorat illo saeculo, quo vates oraculum hoc edebat, alium Hierosolymis regnasse, alium Samariae, alium apud Moabitas? at vero cum Christus, quod carnem attinet, natus est, omnes omnium nationum dominatus imperio Romano parebant. heic illud etiam animadvertendum, ab aedificatione Hierosolymae, quam Nehemias et Esdras instituerunt, usque ad Hyrcanum ultimum pontificem, quem Herodes interemit, numerum 62 annorum compleri. deinceps vero septem reliquae usque ad domini baptismum in Iordane recensentur, iuxta Daniell (9 24) vaticinium, cuius haec verba sunt „septuaginta septimanae abbreviatae sunt ad tollendam visionem ac vaticinationem et ad unguendum sanctorum sanctissimum,” hoc est ipsum Christum dei filium et deum. post interfectum autem Hyrcanum pontifices contra legis praescriptum designabantur: non enim illi praeficiebantur qui ab ipso generis originem ducerent.

Ceterum de Augusto etiam hoc memoriae proditum accepimus, fuisse videlicet hominem proum ad iram, sed qui facillime rursus placaretur. hinc factum ut cum aliquando multos mortales capitis damnasset, vir quidam sapiens eo tempore chartam litteris notatam versus Caesarem elacularetur. ea in charta perscriptum erat „desige

ρωτα πάντα τὰ ψηφισθέντα τίθειν. οὗτος πολὺς ἦν εἰς
 Βυνηαίικας, καὶ μάλιστα τὰς ὑπάνδρους· καὶ δὴ τὸ χεῖρον,
 προσέτατε τοῖς ἀνδράσι καὶ μὴ βουλομένοις τοιοῦτον μύσους
 ἀπηρτάς γίνεσθαι. σοφὸς δὲ τις Ἀλεξανδρεὺς Ἀθηνόδορος
 τοῦνομα πολλὰ μὲν παρηγεῖ τῷ Καίσαρι τῶν τοιοῦτων ἐνε- 5
 κα, κείθειν δὲ ὅλως μὴ ἔχων ἄλλην ὁδὸν μετέρχεται. ἄν-
 θρωπον γάρ τινα τὰ πρῶτα ἐν τῇ συγκλήτῳ φέροντα ὀλοφυ-
 ρόμενον ἰδῶν (ἦναγκάζετο γὰρ τὴν αὐτοῦ γαμτήν ἐγκλείσαι
 φορεῖν καταστέγῃ καὶ πρὸς τὸν Καίσαρα πέμψαι) παρεγ-
 γυῖται αὐτῷ μηκέτι πενθεῖν, αὐτὸν δὲ τῷ φορεῖν ἐγκλείσαι 10
 ὧν τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ στείλαι πρὸς τὸν Καίσαρα.
 κείθειται οὖν, εἰ καὶ μόλις, ὁ ἀνὴρ. καὶ τίνα τὰ μετὰ ταῦ-
 τα; εἰσεῖσιν ὁ Ἀθηνόδορος ξίφος ἐπιφερόμενος, καὶ οὕτω
 διὰ τοῦ φορείου πρὸς τὸν Καίσαρα πέμπεται. δέχεται ὁ
 Καίσαρ, ῥήγγυσι τὰς σφραγίδας. ἔξεισιν ὁ Ἀθηνόδορος, 15
 ἐπισείει τὸ ξίφος· πτοεῖται ὁ Καίσαρ, ὑπισχνεῖται δι' ὄρκων
 μηκέτι κοίταις ἀλλοτρίαις χρανθῆναι. μετὰ ταῦτα ὁ Ἀθη-
 νόδορος πρὸς τὴν ἐνεγκαμένην ἀπαίρων, καὶ εἰδὼς τὸν Καί-
 σαρα ὄξυ μὲν θυμούμενον ταχύ δὲ μεταβαλλόμενον, κύνπει
 πρὸς οὓς ὡς δῆθεν καταφιλήσων αὐτόν, καὶ οὕτως ἔφη „στ- 20
 Β βασιτὲ Καίσαρ, τοῦτό σοι λείπει μόνον, μὴ τὰς ψήφους ἐξε-
 νεγκεῖν πρὶν ἂν ἐν ἑαυτῷ λαλήσης τὰ κδ γράμματα.” το-

pro tribunali sedere, carnifex” quibus verbis lectis Caesar e tribu-
 nali se proripit, et quae prius statuerat, irrita esse iubet. idem
 mulierum cupidissimus erat, et praesertim earum quae maritis nu-
 psissent; quodque peius erat, maritis imperabat vel invitissimis ut
 in eiusmodi piaculo sibi obsecundarent. forte quidam vir sapiens
 erat, Alexandrinus patria, nomine Athenodorus; qui cum horum fa-
 cinorum causa saepe numero Caesarem summoneret neque tamen ali-
 quid apud ipsum efficere persuadendo posset, alia via rem aggredi-
 tur. nam cum virum quendam, principem in senatu, plorantem con-
 spexisset quod uxorem suam opertae lecticae includere ac Caesari
 mittere cogeretur, hortatur Athenodorus hominem, eo nomine amplius
 ne se afflicet, sed uxoris loco ipsum in lecticam includat ac Caesari
 mittat. vix ei, rem ut faceret, persuadet, sed persuadet tamen. quid
 inde factum? Athenodorus sumpto secum gladio lecticam intrat, et ad
 Caesarem in ea deportatur. Caesar lecticam excipere, signa reserare;
 Athenodorus exire, gladium vibrare; formidine Caesar corripit, tan-
 dem sacramento praestito polliceri nunquam se deinceps toros alie-
 nos contaminaturum. hoc facto rediturus in patriam Athenodorus,
 quod Caesarem nosset hominem esse praecipitis quidem irae, sed
 quae subito deflagraret, ad aurem eius se inflectit quasi videlicet
 ipsum deosculaturus, et „Caesar” inquit „Auguste, unum adhuc

σοῦτον δὲ παρὰ τοῖς ὑπηκόοις ἀγαπώμενος ἦν ὥστε Ῥωμαῖος ἀνὴρ τὸν βίον ἐκλιπεῖν μέλλον ἐπέτραιπε τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ V. 160
 χαριστηρίους θυσίας ἐνεγκεῖν τοῖς θεοῖς, ὅτι ζῶντα καταλιμπάνει τὸν σεβαστόν. ἐπεὶ δὲ ὁ Καῖσαρ ἐξίστατο τοῦ βίου, „πηλένην” ἔφησε „τὴν πόλιν εὐρῶν καλλίπυργον ταύτην καὶ στερεμνίαν πεποίηκα. πρὸς τούτοις δὲ καὶ πολλοὺς ἐν τῇ τελευτῇ μου βούλομαι κροτῆσαι χεῖρας, ὡς ἐπὶ μίμνον τελευτῇ καὶ παίκτου τινός.” ταῦτα δὲ καταπαύζων τοῦ βίου πάντως ἔλεγε. καὶ περὶ μὲν τοῦτων οὕτως.

- 10 Γίνωσθε δέ, ἀγαπητέ, ὅτι ἐν τῷ μβ̄ ἔτει τῆς βασιλείας P. 207 τοῦ μνημονευθέντος ἄνωθεν Καίσαρος γεννᾶται τὸ κατὰ σὰρκα ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας. ἡ γὰρ ἄμωμος αὕτη γεννᾶται μὲν ἐξ ἐπαγγελίας, τριτιζουσα δὲ προσάγεται τῷ ναῷ, καιρὸν ἱκανὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ
- 15 διὰ γε ἀδύτοις, ὑπ’ ἀγγέλου κομίζεται τὴν τροφήν, ὡσεὶ δέκα γίνεται καὶ τεσσαρῶν ἔτων. σκέπτονται περὶ τοῦτου οἱ ἀρχιερεῖς, ὡς εἰκός· δεήσεις προσάγουσι τῷ θεῷ. μνηστεύεται τῆνικαῦτα τῷ Ἰωσήφ, τοῦ θεοῦ καὶ τοῦτο διὰ τῆς βλαστησῆς ῥάβδου προτρέψαντος. τότε δὲ τότε καὶ πέρας
- 20 λαμβάνει προφητικῆ ῥῆσις ἡ λέγουσα „ἰδοὺ δίδεται βιβλίον B ἔσπραγμισμένον ἀνδρὶ εἰδοῦτι γράμματα,” τουτέστι γάμοις προσ-

nem fingeret deus, eidem honesti et pravi discrimen indidit. quo factum est ut non Platonis modo sectatores vitam iniustam et sceleratam odio persecuti sint, verumetiam homines barbari non pauci. accepimus enim Hyperboreos quosdam ultra Riphæos montes habitare, qui iustitiam studiose colant, arborumque fructibus et aqua vicitent. Itidem Brachmanas in virtute colenda supra modum humanum exercere se tradunt, cum foliis tantum corpora tegant et vitam in silvis agant. Anacharsis natione Scythæ tanto castitatis et exercitiorum virtutis amore tenebatur, ut etiam cubans labra vereudaque suis ipse manibus comprimeret. nimirum non vigilans modo, verumetiam dormiens ostendebat quam accurata custodia duo istæ corporis membra indigeant.

Post Calum Claudius imperium 13 annis obtinuit. perhibetur autem Claudius usque adeo formidolosus fuisse, ut adstantes sibi perquireret ac scrutaretur anne gladium in sinu gestarent. successorum habuit Neronem, qui annis 14 rebus præfuit. impurissimus hic princeps cum annos plus minus 17 natus esset, primus persequi Christianos coepit, et duos summos viros interfecit, ut nonnulli quidem historici volunt, uno ac eodem die, verum diversis annis ut Eusebius autem Pamphili memorie prædidit, et anno eodem et ea-

ἐπίσκοπος Κορίνθου γράφουσι καθ' ἕνα καιρὸν καὶ ὁμοῦ μαρτυρῆσαι Πέτρον καὶ Παῦλον, τριακαίδεκάτῃ ἡμέρῃ τῆς βασιλείας Νέρωνος. καὶ Πέτρον μὲν ἀναίρει δι' αἰτίαν ταυτήν. ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ὁ Σίμων ὁ μάγος ἦν, πρὸς ὃν ὁ κορυφαῖος ἐλθὼν εὔρε κύνα δεδεμένον ἀλύσει ἐν τῷ πυλῶνι 5 αὐτοῦ, κατεσθίοντα τοὺς ἄνευ προτροπῆς ἐπιχειροῦντας εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν Σίμωνα. ᾧ δὴ καὶ ἐκέλευσεν εἰσελθεῖν, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ περὶ Πέτρον ἀναγγεῖλαι. καὶ τηλικαῦτα τοῦτο C ἐποίησε, καὶ πάντες αἱ ὄντες ἐντὸς ἐξεπλάγησαν. αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Σίμων ἐποίησε, καὶ τὸν Πέτρον ἐκέλευσεν. ὁ ἰο μέντοι Σίμων καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς ἄλλους τῶ κορυφαίῳ διαλεγόμενος ἔλεγεν. " εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἄδῆμ, διὰ τί ὡ πρόγνω τὴν τοῦ ὄφρατος ἀπάτην;" καὶ ὁ Πέτρος „εἰ πρόγνωσιν οὐκ εἶχε, πῶς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ πρὸς τὰς ἁμαρτίας πρᾶξεις ἅμα τῷ γεννηθῆναι ἐπέθηκεν ὀνόματα; τὸν μὲν γὰρ Καὶν ἀπό-15 μασεν, ὃ ἔστι ζῆλος. ζηλώσας γὰρ ἀνείλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. τὸν δὲ Ἀβὴλ ἐκέλευσεν, ὃ ἔστι πένθος. ἐπ' αὐτῷ γὰρ φρονε- D θέντι ἐπέθηκεν οἱ γονεῖς αὐτοῦ." εἰ δὲ τὸ πλάσμα προεγίνωσκε, πολλῶ μᾶλλον ὁ πλάστης αὐτός, εἰ καὶ ὁ παραφρονέσκων ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τὴν γραφὴν ὅτι ἐπαίραζεν ὁ Θεὸς τὸν 20 Ἀβραάμ καὶ ὅτι „καταβὰς ἐπὶ Σόδομα ὑψομαί" ἔλεγεν

dem die. quinetiam Tertullianus, vir apud Romanos illustris, et Caius scriptor ecclesiasticus, et Dionysius Corinthi episcopus simul et eodem tempore Petrum atque Paulum testimonio suo doctrinam Christianam obsignasse scribunt, anno videlicet imperii Neronis decimo tertio. Petrum quidem Nero huiusmodi quandam ob causam interfecit. imperante Nerone vixit Simo magus, ad quem ubi summus ille vir accessisset, canem alligatum catenae in eius limine reperit, devorantem eos quotquot iniussu ad Simonem ingredi conarentur. is vero Petrum intrare iussit, et humana voce Petrum adesse nuntiavit. quo facto cuncti qui erant in aedibus obstupuerunt. Simo idem facere quod canis antea factitabat, et ad se Petrum arcessere. deinceps cum summo viro colloquens inter alia quiddam huiusmodi obiecit. si futuri notitiam Adamus habuit, quamobrem serpentis fraudem non praecognovit? tum Petrus „si futuri" ait „nullam notitiam habuit, quo tandem modo filiis suis ipso nativitate tempore nomina indidit, quae ipsorum factis essent accommodata? nam unum appellavit Cainum, quae vox aemulationem denotat; etenim impulsus aemulatione quadam fratrem suum occidit. alterum vocavit Abelum, quod nomen luctum significat: nam eius interfecti causa parentes in luctu fuerunt. quodam Adamus, qui dei figmentum erat, futurorum habebat notitiam, multo magis ea debet opifici tribui." at insanus ille colligebat in deum quandam ignoracionem propterea cadere, quod

ἄγνοιαν ἔχειν τὸν Θεόν. πρὸς μέντοι ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ φαντασίαις καὶ εἰς ἀέρα ἐπήρθη ὁ Σίμων, ἐπαγγελάμενος θεῖθεν ἀγαθὰ καταβιβῆσαι ἐν τῷ λαῷ. ἐγὼ δὲ ὁ Πέτρος ἠρόχημι καθ' ἑαυτὸν, καὶ εἶπον ἐνκατερίσας αὐτῷ „εἰ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰμὶ ἐγὼ καὶ οὐ πλάνος, ὥς φησι Σίμων, προστάσσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσιν ἀφεῖναι τῆς κρατήσεως αὐτόν.” καὶ P. 236
 παραχρῆμα εἰς ἴην κατηνέχθη καὶ συνετριβήν διὸ δὴ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπίσημον ἄγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι· σάββατον γὰρ ἦν, ἐν ᾧ καὶ προσευχὴ καὶ νηστεία τοῖς πιστοῖς,
 10 καὶ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου. τοῦτο δὲ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐκεῖσε κρατεῖ. ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ Νέφων τὸν Πέτρον ἐσταύρωσε. τὸν δὲ Παῦλον, καθά φησιν ὁ τὴν γλωτταν χρυσοῦς ἐν τῷ πρὸς τοὺς κωλύοντας μονάζειν λόγῳ αὐτοῦ, διὰ ξίφους ἐτελείωσεν ἅτε κατηγήσαντα Ἐπέραστον αὐτοῦ
 15 παλλακῆν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν διωγμὸν ἤγειρε· λῆγνος γὰρ ὢν οὐκ ἠνέσχετο τὰς αὐτοῦ παλλακὰς; ἐπιστρέφειν πρὸς κύριον. ὁ μέντοι Θεὸς Ἰωάννης καὶ ταῦτα πρὸς Παῦλον εὔρη- B
 ται λέγων „ποῦς τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο αἷμα, τὸ γαλακτοειδὲς ὄραθῶν ἐν τῷ χιτῶνι τοῦ σε ἀνασκοποῦντος; ὁ δὴ καὶ V. 183
 20 τὴν βάρβαρον αὐτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ μέλι γλυκάναν πιστὸν ἐποίησε

14. ἐπέραστον Labbeus.

litterae sacrae dicant deum tentasse Abrahamum; item quod meminerint deum ita secum locutum esse „descendam et Sodoma inspiciam.” deinde post alias praestigias in aëra Simo sublatus est, pollicitus inde se bona quaedam populo demissurum. ibi Petrus secum precari, et defixis in eum oculis dicere „si apostolus ego sum Iesū Christi, non hominum impostor, ut Simo praedicat; malis potestatibus impero ut eum dimittant nec amplius teneant.” mox in terram ille delapsus minutas in partes atteritur. atque illum sane diem solenniter Romani celebrant. nam sabbato haec gerebantur, quo fideles magistri causa cibis abstinebant et precibus opem divinam implorabant; id quod etiam usu confirmatum, adhuc in hodiernum ibi diem servatur. Nero autem his cognitis Petrum in crucem egit; Paulum vero, quemadmodum aurea lingua praeditus orator meminit in oratione sua, quam ad vetantes solitariam vitam habuit, gladio propterea feriri iussit quod Epeiatum, amores deliciasque suas, ad religionem Christianam instituisset. qua ipsa de causa persecutionem quoque concitavit: nam quia lascivus erat, concubinos suos ad dominum se convertere graviter omnino ferebat. idem Iohannes Chrysostomus, vir plane divinus, etiam huiusmodi verbis alicubi Paulum compellat: „quinam, quaeso, locus lacteum illum sanguinem tuum excepit, conspectam in eius vestē qui te in palum suffixit? quod ipsum sane barbarum eius animum maiore vī dulcem efficiens quam

τηνικαῦτα τὸν ἄπιστον." κεκοίμηνται δέ, ἕως ἀκεῖνοι φασί, καὶ ἀμφοτέροι ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ, μηνὶ Ἰουνίῳ κθ', ἐπὶ Νέρωνος βασιλείως.

Οἶδα δέ, ἀγαπητέ, ὅτι καὶ τὴν τοῦ Θεγγόρου Λουκᾶ περὶ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων ἐπελθὼν ἱστορίαν εὐλόγως ἠπύρηκας, εἶγε τὰ λοιπὰ Παύλου διηγησάμενος ὁ Λουκᾶς τὸ μακάριον αὐτοῦ τέλος σεσίγηκε, καὶ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι μέχρι τῆς εἰς Ῥώμην πρώτης ἀφίξεως τοῦ μεγάλου Παύλου καταλύει τὴν ἱστορίαν ὁ Λουκᾶς. καὶ ἐκ τούτου φαίνεται ὅτι διασχισθεὶς ὁ Λουκᾶς Παύλου τὸ τῶν πράξεων τηρικαῦ-10 τα συνεγράψατο βιβλίον, ὅθεν τὰ λοιπὰ μὲν Παύλου διηγήσατο, τὸ δὲ μαρτύριον ὡς μῆπω γεγονὸς εἰκότως παρέδραμεν. ὁ γὰρ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν Ῥώμῃ ἄνετος ὢν ἐκήρυσσε· μέχρι γὰρ τούδε καὶ ὁ Λουκᾶς αὐτῷ συνῆν. εἰθ' οὕτως ἀπολογησάμενος εἰς τὸ κήρυγμα πάλιν ἐπέλλετο καὶ 15 τοῖς ἐκεῖσε κηρύσσων ἦν. ἐκ δευτέρου δὲ τῇ Ῥώμῃ ἐπιδημήσας, καὶ κατηγήσας τὸν οἰνοχόον Νέρωνος καὶ παλλακὴν Δαυτοῦ Ἐπέραστον, τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο. ὅτι δὲ οὐκ ἦν ὁ Λουκᾶς μετὰ Παύλου τὸ πρότερον, αὐτὸς φησὶ πρὸς Τιμόθεον ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, ἣν ἔγραψε 20 δέσμιος ὢν ὑπὸ Νέρωνος· „ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ πάντες με ἐγκατέλιπον. μὴ αὐτοῖς λογισθεῖη. ὁ δὲ κύριός μου

mel ipsum, infidelem antea fidelem effecit." uterque, seu Chrysostomus idem testatur, obdormivit in urbe Roma, a. d. 3 Kal. Quinctiles, imperatore Nerone.

Caeterum memini, dilecte fili, te divini Lucae historiam de actis Apostolorum perlegentem, non abs re dubitasse num vero sit consentaneum, Lucam caeteris a Paulo gestis rebus omnibus expositis beatam eius ex hac vita migrationem praeterire silentio voluisse. licet ad eam quaestionem hoc modo respondere, Lucam librum actuum id temporis exarasse, cum Paulus prima vice Romam appulisset. ea de causa factum esse ut caetera quidem acta Pauli recenseret, perhibitum vero fidei testimonium, uti quod necdum accidisset, omitteret. Paulus enim, cum biennium totum Romae liber ageret, praedicationis munere fungebatur; ad quod usque tempus ei Lucas aderat. deinde Romam altera vice reversus, cum religionis Christianae rudimenta Eperasto, Nerone a poculis atque etiam concubino, tradidisset, beato illo exitu vitam clausit. Lucam ipsum prius cum Paulo non fuisse, fatetur in secunda ad Timotheum epistola Paulus, quam a Nerone coniectus in vincula scripsit. in prima, inquit, defensione mea cuncti me deseruerunt. nolim hoc eis culpae detur. dominus

παρέστη καὶ ἐνεδυνάμωσε με." κατὰ δέ γε τὸ τέλος μόνος παρῆν ὁ Λουκᾶς.

- Μετὰ μέντοι τὴν πρώτην ἀπολογίαν εἰς Ἰσπανίαν ὁ Παῦλος παραγίνεται. γύναιον οὖν τι τῶν ἐπισήμων ἐκ πρὸ πολλοῦ θέλον τὸν Παῦλον ἰδεῖν καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐνηχηθῆναι, παρακίναται λέγεται κατὰ τὴν ἀγορὰν καὶ ἰδεῖν αὐτὸν διερχόμενον, καὶ πείσαι τὸν αὐτῆς ἄνδρα Πρόβον ἐντὸς τοῦ οἴκου P. 237 δεῦξασθαι αὐτόν. εἰσελθόντος οὖν θαῦμα παράδοξον γίνεται τὸ γὰρ γύναιον ἀνακαλυφθέντων τῶν τοῦ νοῦς ὀφθαλμῶν
- 10 ἑώρα ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ ἀποστόλου ἐπίχρυσα γράμματα „Παῦλος ὁ τοῦ Χριστοῦ κήρυξ" διαγορευόντα. καὶ προσπεσοῦσα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἡ τοιαύτη γυνὴ κατηχήθη καὶ ἐβαπτίσθη. ὁμοίως καὶ Πρόβος ὁ ἀνὴρ καὶ πάντες οἱ λοιποὶ καθεξῆς.
- 15 Τοῦ μέντοι Νέρωνος Ἀνίκητὸν τινα στείλαντος ἐπὶ τῇ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἀγριππῖαν ἀποκτείνει, τί ποιεῖ αὕτη; B τὴν ἑαυτῆς γαστέρα γυμνώσασα „παῖε Ἀνίκητε" ἔφη, „παῖε, ὅτι Νέρωνα ἐγέννησεν." οὗτος ὁ Νέρων πρὸς τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ κακοῖς καὶ κίθαροδοῖς καὶ μίμοις ἐπέχαιρεν, ἀκρατο-
- 20 ποτῶν ἕσασε κινεῦσθαι τοὺς ἀναιτίους ἀποστερῶν τῆς ζωῆς. τοσοῦτον δὲ Ῥωμαῖοι ἀπεστράφησαν αὐτὸν ὡς ἐπιστῆναι καὶ ποτὲ τοῦτον ἀναιρήσουτες. τοῦτο δὲ γινούς ὁ Νέρων ἑαυτὸν

autem adstitit mihi meque confirmavit. ad finem vero solus Lucas aderat.

Caeterum post defensionem hanc primam Paulus in Hispaniam pervenit, ubi muliercula quaedam illustri orta loco, quae multo ante Paulum videre cuperet deque veritate ab ipso viva voce erudiri, prospectasse in forum perhibetur, ibique conspecto Paulo, qui forum transiret, maritum suum Probum persuadendo impulsisse ut hominem domo sua exciperet. ingresso in aedes Paulo prodigium quoddam novum et inusitatum accidisse: mulierem enim oculis suis adaperis in apostoli fronte litteras aureas vidisse, quarum huiusmodi sententia foret „Paulus Christi praeco." quapropter ad pedes ipsius provoluta doctrinam Christianam accepit, ipsaque cum Probo marito familiaeque universa baptisata est.

Caeterum Nero cum Anicetum quendam ablegasset, qui matrem suam Agrippinam occideret, illa ventre suo denudato „hunc, Anicete, ferito" ait, „qui Neronem ediderit." inter alia vitia Neronis hoc etiam erat, quod citharoedis et mimis delectaretur, ac semper temulentus esset; quo fiebat ut innocentes vita spoliaret. hinc tantopere hominem aversati sunt Romani, ut motu concitato eum ad necem poscerent, qua re cognita Nero sibi met ipsi manus attulit, huiusmodi

διαχειρίσατε, μηδὲν ἄλλο εἰπὼν ἢ τοῦτο καὶ μόνον „ὄσον, ὃ Ζεῦ, κιθαρωδὸν ὁ βίος ζημιούται.” λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Λουκᾶς ὁ ἀπόστολος ἐπὶ καρποφόρου ἐλαιίας ἐσταυρώθη. **C** ἄδηλον δὲ ἦν τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον διὰ τὸ μέσον πολλῶν σκηνωμάτων ῥιπῆναι· διὰ προσευχῆς δὲ ἔπεμψεν ὁ θεὸς **S** κουλούρια ἱατρικὰ σύμβολα τῆς τέχνης αὐτοῦ, καὶ οὕτω φανερωθῆν ἐνταῦθα ἐπανεσώθη.

Ὁὐ πολὺς μετὰ ταῦτα παρεφρέθη καιρός, καὶ ἡ τῶν Ἰου-
V. 184 δαίων ἐφθάκει ἀπώλεια. οὐκ ἐν ἄλλῃ δὲ καιρῷ ἦλθεν, ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς. καὶ εἰκότως· ἔχρην γὰρ αὐτούς ἐν **10** αἷς εἰς τὸν κύριον ἐξήμαρτον, ἐν αὐταῖς καὶ τὰ ἐπίχειρα εὐρεῖν, καίτοι γε πολλὰ τοῦ θεοῦ ποιήσαντος ἵνα διορθωθῶσι. καὶ γὰρ ἀνθρωπὸς τις Ἰησοῦς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας ἐλθὼν ἐν τῷ ἱερῷ ἀνέκραξε φωνῇ ὑπὸ τῶν τεσσάρων **15** Δμερῶν ἐπὶ Ἰερουσόλυμα καὶ τὸν λαόν, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν **15** πᾶσαν περιερχόμενος καὶ τυκτόμενος ἔλεγεν „οὐαὶ οὐαὶ, Ἰερουσόλυμα.” δύο καὶ γὰρ ἔτη περιεκυκλωθέντες καὶ ἀπορησάντες τοὺς ζωστήρας καὶ τὰ δέσματα τῶν θυρῶν δρασσόντων γυνῆ δὲ τις **Μαρία** τοῦνομα, πλουσία εὖσα σφόδρα, ἐκ τῆς χώρας πρὸς τὴν πόλιν εἰσῆλθε, καὶ τὰ προσόντα αὐτῆς **20** σκυλευθεῖσα ὑπὸ τοῦ λαοῦ καὶ μὴ ἔχουσα ζῆσαι, ὑπομάζιον αὐτῆς παιδα ἐπιτήσασα ἔφαγε. τοῦτο οὖν ἰδόντες ἠύχοντο τά-

7. διασώθη M. 8. διεφρέθη M.

quaedam fatus „qualem, o Iupiter, hominum vita clitharoedum amittit.” caeterum hoc quoque memoriae proditum est, Lucam auctorem evangelicae historiae in olea frugifera suffixum fuisse. cumque pretiosae ipsius reliquiae nusquam reperirentur, quod essent inter multatuguria relectas, precibus impetratum est a deo ut collyria quaedam medica demitteret, artis sancti viri symbola; quibus conspectis reliquiae ibidem repertae servataeque sunt.

Secundum haec non multo interiecto tempore, Iudaeorum excidium appetiit, idque non alio tempore quam festo, nec id abs re. nam par erat ut quibus illi diebus in dominum deliquissent, iisdem et praemia consequerentur. quamquam sane multis modis efficere conatus est deus ut emendarentur. etenim inter alia vir quidam, cui nomen esset Iesus, ipso tabernaculorum festo templum ingressus alta voce ab utraque parte Hierosolymam et populum lamentatus est. quin etiam urbem universam obibat, seque feriens aiebat „vae vae Hierosolymae.” duobus elapsis annis cingula sua olypeorumque coria mandebant. forte mulier quaedam, quae Mariae nomen haberet, admodum opulenta, in urbem ex agro migraverat. eam cum populus commeatu facultatibusque suis spoliasset nec amplius ei quicquam

χιον ἀποθάνειν. καὶ θύελλα τότε ἐπνευσε, καὶ τὰ μὲν βέλη
 τῶν πολεμίων ἔρθια ἔφερε, τὰ δὲ τῶν Ἰουδαίων πλάγια, ὡς
 ἐπεῦθεν καὶ τὴν Ἰερουσαλὴμ προφητείας πέρασ λαβεῖν τὴν οὕτω
 λέγουσαν „καὶ καταβαλῶ αὐτούς ἐν μαχαίρᾳ ἐνώπιον τῶν P.238
 5 ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ τάξω τὴν πόλιν ταύτην εἰς ἀφανισμόν
 καὶ εἰς συρρηγμὸν αἰώνιον. καὶ ἔδονται τὰς σάρκας τῶν
 νεκρῶν καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῶν. καὶ συντρέψω τὴν πόλιν
 ταύτην ὡς ἄγρος ὀστράκινων; ὃ οὐ δυνήσεται λαθῆναι ἔτι.“
 τί τοῦτου σαφέστερον; πάντα γὰρ πεπλήρωται κατὰ τὴν
 10 ἱστορίαν Ἰωσήφου. Ἰνα γὰρ μηδεὶς Ἰουδαῖος ἀπιστήσκειν,
 οὐκ ἀλλόφυλόν τινα ἀλλ' ἑμέφυλον καὶ ζηλωτὴν παρεσκευά-
 σεν ἢ ἀλήθεια τὰ δυσεξήγητα ἐπιτραγωδῆσαι πάθη αὐτῶν.
 τοιαύτην γὰρ θεήλατον ὀργὴν οὐδεὶς εἶδε ποτε. ὃ μάντις B
 Ἰωσήφος ἐν Ἰερουσαλὴμ παρῶν ἐπὶ πολέμῳ συνέγραψε τρια-
 15 κοσίας ἀνδρῶν μυριάδας ἀπολέσθαι λεμφὲ μαχαίρᾳ πυρὶ καὶ
 τοῖς τοιούτοις, καὶ μὴν καὶ τῇ κατὰ Ῥώμην θηριομαχίᾳ. γέ-
 γονε δὲ ταῦτα ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις τοῦ Τίτου μετὰ μί-
 η καὶ πλείονα ἔτη τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως.
 Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητέ, ὅτι τρεῖς δουλείας ὑπέστησαν οἱ
 20 Ἰουδαῖοι καὶ λίαν δεινὰς, τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, τὴν ἐν Βαβυ-

13. ταύτην P. οἰδέ P. 14. παρὰ F.

superaret unde viveret, filium suum lactentem assat et comedit. qua
 re conspecta cuncti quam primam emori cupiebant. eodem tempore
 ventus ingens hostium quidem telis directo in Iudaeos ferebat, Iu-
 daeorum vero abripiebat in transversum. hoc modo Ieremiae vaticinio
 satisfecit eventus, id quod erat huiusmodi „gladio sternam eos in
 conspectu suorum hostium, et urbem hanc ad interfectionem ruinam-
 que perpetuam redigam. carnes etiam filiorum filiarumque suarum
 comedent. adeoque conteram hanc urbem hastar vasis testacei, quod
 amplius redintegrari rescique nequit.“ hoc oraculo quidnam possit
 esse clarius et dilucidius? nam haec omnia sic prorsus evenerunt,
 id quod historia Iosephi testatur. quippe ne Iudaeorum quispiam
 historiae fidem derogaret, non aliquem extraneum, sed eadem na-
 tionem prognatum et insignem aemulatorem veritas excitavit, qui Iu-
 daeorum calamitates inexplicabiles tragice describeret. tale profecto
 exemplum irae divini numinis declaratae nemo potest aliud ex omni
 temporum memoria repetere. Iosephus quidem, Hierosolymae qui
 degebat durante bello, trecentas hominum myriades fame gladio
 igne aliisque talibus casibus perisse scripsit. plurimi etiam Romae
 bestiis obiecti sunt. gesta sunt omnia sub Tito, post Christi adsum-
 ptionem in coelum quadraginta et paulo amplius annis.

Velim autem scias, dilecte filii, Iudaeos ter servitutem duram
 perpercos esse, primam in Aegypto, alteram Babylone, tertiam sub

λωνι και την θ' Αντιόχου του επιφανούς. ἀλλ' ἐπὶ τούτοις
 και αἱ αἰχμαλωσίαι προηγορεύοντο και ἡ ἐπάνοδος, ἐπὶ δὲ
 τῆς ἐσχάτης αἰχμαλωσίας τοῦτο οὐ γέγονε. και ὄρα τὸ τοῦ
 C' Ιωσήπου φιλάληθες· ὅτι μὲν γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων ἐρημωθή-
 σται τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔγραφε, παράγων και τὸν προφήτην 5
 Δανιὴλ μάρτυρα τοῦ λόγου αὐτοῦ, ὅτι δὲ στήσεται τῆς ἐρη-
 μώσεως, οὐκ ἔγραφεν, ἐπεὶ μηδὲ τὸν προφήτην εἶρε τοιαυ-
 τὸν τι προειπόντα. και περὶ μὲν τούτων οὕτως.

Μετὰ δὲ Νέρωνα κρατεῖ Γάλλιας μῆνας ζ', μετὰ δὲ Γάλ-
 βαν Ὄθων μῆνας γ', μετὰ δὲ τοῦτον Βιτέλλιος μῆνας η'. 10
 οὗτος κηρύγματα τοῖς ἀστρολόγοις προτέθεικε φεύγειν ἐξ
 D Ἰταλίας. οἱ δ' ἀντιπροτεθείκασιν „φεῦγε τοῦ βίου, Καῖσαρ,”
 και τὴν ἡμέραν αὐτὴν καθ' ἣν ἀποκτανθεῖη γράψαντες. μετὰ
 δὲ τοῦτον Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ', και μετὰ τοῦτον ὁ υἱὸς αὐ-
 τοῦ Τίτος ἔτη β', ἐφ' οὗ και ἡ τῶν Ἰουδαίων ἄλωσις γέγονε. 15
 ταύτης μὲν πρῶτος Οὐεσπασιανὸς κατήρξατο· ἀλλ' ἐκέλευεν
 V. 185 ἀπάρας πρὸς Ῥώμην ἀφῆκε τὸν γενναϊότατον Τίτον τὴν πόλιν
 πολιορκεῖν. οὗτος δὲ ὁ Τίτος τοσοῦτον ἦν θαυμαστός ὥστε
 και θρηνησαὶ διὰ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων θεήλατον ὀργὴν,
 και μᾶλλον ἤνικα τὸν ναὸν ἐώρα πυρπολούμενον. ἀλλὰ και 20
 P. 239 τοῦ θεοῦ δεόμενος ἔλεγεν „οὐκ ἐγὼ ἀλλὰ σὺ τούτου αἰτίας.”

Antiocho, cui cognomen Illustris erat. verum et captivitas et servi-
 tutes istae praedictae ipsi fuerant, promissusque reditus. at de
 captivitate huius ultimae liberatione promissum nihil fuit. in Iose-
 pho certe veritatis studium haec quoque considerandum est. nam
 quod Romani eversuri essent Hierosolymam scripsit, Danieli vatis ea
 de re testimonium proferens: quod autem illius desolationis aliquando
 finis futurus esset, non scripsit, quando vatem nihil eiusmodi prae-
 dixisse reperiebat. ac de his quidem in hunc modum dictum esto.

Post Neronem Galba rerum potitus est menses septem, post
 Galbam Otho menses tres, post Othonem Vitellius menses octo. hic
 edictis propositis Italia iussit excedere, quotquot ex astris futura
 se praedicturos garrissent. at illi vicissim haec verba legenda publice
 proposuerunt „excede vita Caesar.” quinetiam diem ipsum, quo in-
 terficiendus esset, adscripserunt. successit ei Vespasianus, qui cum
 annis 9 regnasset, imperium Tito filio reliquit. is annos duos prae-
 fuit. sub eodem Iudaeorum natio in potestatem redacta est. coepit
 eos Vespasianus obsidere, verum profectus inde cum copiis Romam
 Titum filium, virum fortissimum, ad urbis obsidionem reliquit. in
 eo tam admiranda virtus erat, ut propter Iudaeorum calamitates
 divinitus immissas etiam ploraret, praesertim id temporis cum ignem
 templo iniectum cerneret. praeterea deum obsecrans „non ego” in-

ἀλλὰ καὶ εἴ τις νικητὴν αὐτὸν ἀνηγόρευσε, ἀργίετο κατ' ἐκείνου. τοσοῦτον δὲ ἦν ὁ Τίτος ὅτος φιλότιμος ὥστε καὶ λέγειν „οὐ δεῖ τινὰ βλέποντα βασιλέα ὑποστρέφειν λυπούμενον.” λέγεται δὲ καὶ τοῦτο τοῦτον εἶπεν „σημερον οὐκ ἐβασιλεύσαμεν, ἐπειδὴ τινα οὐκ εὐεργετήσαμεν.” ἤχμαλώτευσεν δὲ ὁ Τίτος μυριάδας ρ', καὶ ἀνέλε καὶ ὁ, ὡς φησι Γεώργιος. μετὰ δὲ ταῦτα ἀναιρεῖται ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Δομετιανοῦ, λαγῶν αὐτῷ παραθέντος θαλάσσιον.

Μετὰ δὲ Τίτον κρατεῖ Δομετιανὸς ἔτη ις', ὅφ' οὗ δ' 10
 10 θολόγος εἰς Πάτμον ἐξορίζεται, ἐνθα καὶ τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὴν ἀποκάλυψιν ἔγραψε. τότε δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τυαν- B
 νὸς ἀπανταχοῦ περιπατῶν καὶ εἰς Βυζάντιον ἔρχεται, ὅθεν καὶ παρακληθεῖς ὑπὸ τῶν ἐποίκων τοὺς ὄφεις καὶ τοὺς σκορπίους ἐκ τῆς πόλεως ἐφυγάδευσε, καὶ τῶν ἵππων τὴν ἀτα-
 15 ξίαν ἐχαλίνωσε. καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ ὡσαύτως ἐποίησεν ἐπὶ
 τε τοῖς σκορπίοις καὶ κώνωσι (πολλὰ γὰρ ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐβλάπτοντο), χαλκῶν μὲν σκορπίον χώσας ἐν γῆ, ὑπὸ καλά-
 μων δὲ σειομένων διωχθῆναι παρασκευάσας τοὺς κώνωπας. ὁ μὲντοι Δομετιανὸς Τίτου μὲν ἦν ἀδελφός, μηδὲν δὲ ἀδελ-
 20 φῶν πρὸς αὐτὸν ἔχων, ὡς εἶναι τὸ θρυλλούμενον ἐκείνο παν-
 ἄληθες „ἀμῖς καὶ ποτιστήριον ἐκ τῆς αὐτῆς ὑέλου.” ἦν C
 γὰρ ἐρασιχρήματος, αἵμασι χαιρῶν ἀνθρώπων. τούτῳ προ-

quit, „sed tu harum rerum auctor es. quodsi quis etiam victorem appellasset, id ipsum indigne cum iracundia quadam ferebat. tam benignus erat et honestus, ut diceret neminem, qui adspexisset imperatorem, abire tristem debere. quinetiam saepenumero verbis usus huiusmodi perhibetur „hodie non imperavimus, quia neminem beneficio adfecimus.” tandem a fratre Domitiano sublatus est, qui leporem ei marinum apposuerat.

Igitur post Titum Domitianus annis 15 rerum potitus est. is Iohannem theologum cognomento in Patmum insulam relegavit, ubi et evangelicam historiam suam et Revelationem conscripsit. eo tempore Tyanensis Apollonius, qui ubique terrarum obvagabatur, etiam Byzantium venit; ubi cum rogatus fuisset ab incolis, ex urbe serpentes atque scorpios abegit et equos indomitos fraenis coercoit. consimiliter Antiocheae scorpios et culices exegit, a quibus cives mirum in modum exercebantur. effecit autem hoc aeneo scorpione in terram defosso, et instituto ut quassatis arundinibus culices abigerentur. caeterum Domitianus Titi quidem ille frater germanus erat, verum in eo nihil omnino fraternum conspiciebatur, ut verum adeo verbum illud vulgo iactatum foret, matula et poculum ex eodem vitro. nam et avarus erat, et humani sanguinis effusione gaudebat.

εἰπέ τις ἀστρονόμος καὶ τὸ τέλος καὶ τὸν διάδοχόν αὐτοῦ. ὁ δὲ ἐπήνεγκε πρὸς αὐτόν „ἡ δὲ σὴ ζωὴ πόση ἐστί, καὶ ποῖον τὸ τέλος αὐτῆς;” καὶ ὁς ἀπεκρίνατο φιλαλήθως κατὰ τοὺς δρόμους τῶν ἀστέρων. ὁ δὲ Δομειτιανὸς θέλων ἀπελθῆσαι φρενακιστὴν τὸν ἀστρονόμον, κελύει πῦρ ἀναφθῆναι καὶ δε-
 5 δεμένον αὐτόν ἐμβληθῆναι τῇ πυρᾷ. γίνεται ταῦτα. ἀλλὰ τὸ ἐγγεῖρημα τοῦτο τέλος οὐ δέχεται. ὕετός γάρ ἄνωθεν καταρρηγνυται, καὶ σβέννυται ἡ πυρὰ, λύεται ὁ δεσμώτης, καὶ ὁ βασιλεὺς ὄναρ εἴωρα. Ἰππὼ μελαντέρῳ ἐπεκάλητο κατὰ-
 10 Δ φρακτος ὄπλους. τούτων γοῦν ἀπορρυσέντων αὐτομάτως εἰς 10 χάσμα γῆς ἰδῆκει καταπίπτειν, καὶ σὺν Ἰππῳ καὶ στολῇ ἄφαντος γέγονεν. ὕθεν καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ βιαίως ἐκρη-
 15 ξαντος εἰς Νερούαν τὸ σκῆπτρον ἔρχεται. κρατεῖ τούτων μετὰ Δομειτιανὸν Νερούας ἔτος ἐν μῆνας δ'. ἐφ' οὗ ἐπανεκλήθη τῆς ἔξορίας ὁ θεολόγος, ὡς φησὶν Ἰηκόλυτος. αἶτα ταπεινῶ, 15 καὶ ζητηθῆς, τὸ λείψανον αὐτοῦ οὐχ εὐρέθη.

Μετὰ δὲ Νερούαν κρατεῖ Τραϊανὸς ἔτη 19 μῆνας ζ', δε
 20 τοσοῦτον ἦν φιλοδίκαιος ὡς γυμνῶσαι σπῆδην καὶ ἐπιδοῦναι τῷ
 P. 240 ἐπάρχω, καὶ οὕτως εἰπεῖν „εἰ μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἑμοῦ ἔσο
 25 κεχηρημένος αὐτῇ, εἰ δὲ κακῶς ἄρχω, κατ' ἑμοῦ.” οὗτος καὶ τὰς 20
 ἐν τῇ πρεσβυτέρῳ Ῥώμῃ γεφύρας ἐποίησεν, ὧν ἕνεκα καὶ σωτη-

5. πυρὰν V.

praedixit ei quidam astrologus tum vitae finem tum successorem. quo Caesar audito „tua vero” inquit, „vita quamdiu durabit, et quo fine claudetur?” respondet ille sic ut veritatem omnino indicaret, pro ratione cursus siderum. tum Domitianus, qui vellet hominem convincere tanquam impostorem, rogum accendi iubet eumque colligatum vinculis in illum abiici. fit quod imperaverat, sed conatus non respondit eventus: nam pluvia subito impetu coelitus delapsa rogos extinguit et vinculos solvitur. deinde per quietem imperator huiusmodi somnium habuit. insidere sibi equo nigro videbatur, toto corpore armatus. illis autem rebus sponte sua evanescentibus, in quendam hiatus terrae delabi se putabat et una cum equo ipsoque ornatu ex hominum conspectu tolli. quapropter ipso rebus humanis per violentam mortem exempto ad Nervam imperium delatum est. is a morte Domitiani regnavit annum unum menses quattuor. revocatus est sub eo Iohannes theologus ab exsilio, quemadmodum Hippolytus memoriae prodidit. deinde moritur, quaesitaeque reliquiae eius non sunt inventae.

Post Nervam Traianus annis novem mensibusque septem impe-
 25 ravit. is iustitiae tam observans erat, ut ense nudatum praefecto praetorio traderet cum huiusmodi verbis „siquidem recte imperavero, pro me, sin male, adversum me hoc utitor.” pontes apud veterem

ρίας ἔτυχεν, εἰ καὶ ἐν ἀσεβείᾳ τὸν βίον κατέλυσεν. ὁ δὲ καὶ πα-
 ράδοξον. ὁ γὰρ διάλογος μέγας Γρηγόριος, ὁ τῆς τοιαύτης
 Ῥώμης χρηματίσας ἐπίσκοπος, ἀνὰ τὴν λιθίνην πορείαν γενό-
 5 ὤς ὁ θειότατος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός ἀφηγουόμενος εἴρηται,
 πρὸς τὸν φιλόψυχον κύριον ἕπερ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν V. 186
 τοῦ τοιοῦτου βασιλέως πεποίηκε. καὶ ὅς αὐτίκα φωνῆς θεοῦ Β
 θεῖν ἐνεχθείσης αὐτῷ ἐπακήκως τάδε φησάσης „τῆς εὐχῆς
 ἐπήκουσα, καὶ τῷ Τραϊανῷ συγγνώμην δίδωμι. σὺ δὲ μη-
 10 κέτι προσθήῃς ἕπερ ἀσεβῶν εὐχὰς προσενέγκαι μοι.” ὁ μὲν
 τοι Τραϊανὸς μετὰ τοῦ συγκάμπτεσθαι ξένοις καὶ παραμυ-
 θεῖσθαι φίλους ἀνεξικακῶς ἅπασαν ἔφερε λοιδορίαν, δεῖν ἐξυ-
 σοῦσθαι τῷ θεῷ λέγων τὸν βασιλέα καὶ πάσης ἀνέχεσθαι
 ἕβρεως.

15 Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Ἀδριανὸς ἔτη κδ',
 ὃς συγκροτήσας πόλεμον κατὰ Ἰουδαίων στασιασάντων, ὡς
 ἀνωθεν εἴρηται, ἀνέλεν ἐξ αὐτῶν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μυριάδας
 ἀνδρῶν νη'· συστάτες καὶ γὰρ τηρικαῦτα ἐπὶ τὴν παλαιάν C
 ἔσπουδαζον πολιτείαν ἐπανελθεῖν. ἀλλ' αὐτὸς χειρωσάμενος
 20 αὐτοὺς κατέστρεψε τὴν πόλιν καὶ παντελῶς ἐξηράτισε. τό-
 τε δὲ τότε πέρας ἐλάμβανε καὶ ἡ κυριακὴ φωνή „οὐ μὴ

2. διάλογος] ὅς διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα θεῖα ποιήματα διά-
 λογος ἐκλήθη. Cedrenus apud Meursium. 18. παλαιάν] πό-
 λις P.

Romam aedificavit, et per eos salutem consecutus est, quanquam in
 pietatis ignorance vitam clausisset, admirabili sane modo. nam ce-
 leber ille magnusque Gregorius, Romanus antistes, cum ad viam
 istam lapideam pervenisset quam Traianus straverat, vehementi ora-
 tione, quemadmodum Iohannes Damascenus narrat, ad amantum ani-
 marum dominum usus est, ut huic imperatori delicta sua condona-
 ret moxque vocem divinitus ad ipsum perlatam audivit, qua haec
 ipsi significarentur „preces tuas exaudivi, et Traiano veniam delictor-
 um facio: tu vero cave deinceps pro impiis mihi preces obtuleris.”
 Traianus ipse praeterquam quod cum peregrinis ignotisque colloque-
 retur et amicos solaretur, etiam quaevis convicia toleranter ferebat,
 quod imperatorem diceret deo similem esse debere, et quasvis con-
 tumelias aequo animo pati.

Successit ei gener Adrianus, et annos 24 imperio potitus est. is
 bello adversus Iudaeos excitato, qui continuas seditiones movebant,
 ut supra quoque indicatum a nobis est, eorum uno die myriades 58
 interfecit. nam hoc regnante coniunctis viribus ad statum rei publi-
 cae priorem reverti conabantur. verum Adrianus eis in potestatem
 suam redactis urbem rursus evertit et solo prorsus aequavit. quo fa-

μείνη λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ μὴ καταλυθῆσεται." καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ τοῦ ναοῦ τὸ εἶδωλον αὐτοῦ ἔστησε, καὶ Αἴλιος χρηματίζων Αἴλιαν καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι παρθεσκυάσεν ἔκτισε· ὁ μὲντοι Ἀδριανὸς καὶ τοὺς θεραπευτὰς τοῦ λόγου μεγάλως ἐδεξιοῦτο, συνεπομένους ἔχων αὐτῶ καὶ 5 οὓς ἦδει ἀνδρας σοφούς. καὶ τοὺς μὲν Ἰουδαίους ἐκοιτῆσαι σπεύδοντας τῆς Ῥωμαϊκῆς ἰσχύος ἄρδην ἀπάλεσεν, αὐτὸς δὲ τὸν βίον ὑδέρφ καταστρέφει. ἡ μὲντοι πόλις Ἰεροσόλυμα Αἴλια κεχηματίκε τρῶπῳ τοιῶδε. ὁ Ἀδριανὸς οὗτος φιλόστοφ ἐγένετο, ἐφ' ᾧ καὶ τὴν ἐπ' αὐτὸν ἐπικράτειαν ἰδεῖν 10 ἐπεθύμησε. φθάσας οὖν ἕως Ἰεροσολύμων, καὶ τὴν πόλιν ἰδὼν εἰς τοσοῦτον ἠρημωμένην, κακῶς τοὺς Ἰουδαίους διέδειπε· καταγαγὼν γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ πανηγύρει ἐκέλευσεν ἀπεμπολεῖσθαι τῷ θέλοντι τέσσαρας Ἰουδαίους ἐνὶ μοδίῳ τῆς κριθῆς· αὐτὸς δὲ ἤρξατο κτίζειν τὴν πόλιν καὶ τὰ τεῖχη, 15 οὐχὶ δὲ καὶ τὸν ναὸν αὐτόν. καθίστησι δὲ τῷ ἔργῳ ἐπιστάτην τὸν Ἀκύλαν ἐκεῖνον Ἕλληνα ἔτι ὄντα. ἦν δὲ ὁ Ἀκύλας P. 241 θεωρῶν τοὺς Χριστιανούς προστρέχοντας καθ' ἑκάστην τῇ πίστει, καὶ τὸν θεὸν δὲ σημεῖα πολλὰ ποιοῦντα καὶ τέρατα. κατενόη τηρικαῦτα, καὶ Χριστιανοὺς ἐναρίθμιος γέγονεν. ἦν 20 δὲ ὁ Ἀκύλας οὗτος ἀστρονόμος ἀκρότατος, ὅθεν καὶ Χριστιανὸς γεγονὼς τῶν προτέρων ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ παύσα-

ctum ut id temporis voci dominicae responderet eventus (Luc. 21 6) „ne lapis quidem supra lapidem relinquetur, qui non disiciatur.“ praeterea in templi penetralibus imaginem suam statuit. cumque cognomentum Aelii haberet, urbem ex eo tempore iussit Aeliam vocari. magnopere Adrianus et doctrinae cultores amplectebatur, secumque semper habebat quos sapientes esse nosset homines. cumque Iudaeos funditus sustulisset, qui se de Romanorum eximere potestate conabantur, ipse tandem intercuta morbo laborans rebus humanis exemptus est. urbs Hierosolyma nomen Aelinae ab ipso consecuta est modo quodam huiusmodi. cupidus erat Adrianus spectandi res varias, quapropter imperium, quod ipsi pareret, coram inspiciere volebat. igitur Hierosolymam cum pervenisset, urbemque vidisset omnino in solitudinem redactam magis etiam Iudaeis succensebat. adeoque productos in forum sic vendi cuilibet emptori iussit, ut Iudaei quattuor uno hordei modio vaenirent. secundum haec urbem incipit instaurare ac moenia reficere, solo templo excepto. simul Aquilam operum praefectum constituit, qui tunc adhuc religioni Graecae addictus erat. hic autem Aquila cum quotidie Christianorum augeri numerum cerneret, deumque ostenta et prodigia per eos edere, stimulo quodam animi percitus se Christianis aggregavit. erat autem astrologiae peritissimus. quo factum ut posteaquam Chri-

σθαι οὐκ ἠθέλησεν. οἱ οὖν ἱερεῖς τῶν Χριστιανῶν ὡς ἐώρων αὐτὸν μετὰ πολλὰς παραινήσεις τοῦ ἀστρονομεῖσθαι μὴ παραιτούμενον παύσασθαι, τῆς ἐκκλησίας πόρρω πον βάλλουσι, τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτὸν διορθωθῆναι νομίζοντες. ἀλλὰ ἵθνημό μᾶλλον ἐκεῖνος ἐντεῦθεν πληθεῖς τοῖς τῶν Ἰουδαίων Β ἱερεῦσι προσέρχεται, καὶ τὸν χριστιανισμόν ἀναθεματίσας περιτομὴν καταδέχεται. ταύτη τοι καὶ τὴν Ἑβραϊδα γλώτταν ἐκπαιδευθεὶς δευτέραν ἔκδοσιν τῶν γραφῶν ἐποίησατο, τὰς περὶ Χριστοῦ μαρτυρίας ἐπικαλύψαι τέλεον μηχανώμενος. 10 ἔχεις ἰδοῦ καὶ τὴν αἰτίαν, ἀγαπητέ, δι' ἣν ὁ Ἀκύλας ἐκεῖνος ἐνόθευσε τὰς γραφάς.

Μετὰ δὲ Ἀδριανὸν Ἀντωνῖνος ὁ διὰ χρηστὸν τρόπον λεγόμενος εὐσεβῆς ἔτη κβ', ἐφ' οὗ καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος καὶ Διονύσιος ὁ ἐπίσκοπος Κορίνθου τὸ διὰ μαρτυρίον ἵτέλος ἐδέξαντο. μετὰ δὲ τοῦτον Μάρκος ὁ Ἀντωνῖνος μετὰ V. 187 Σβήρου γαμβροῦ ἔτη ιθ', ἐφ' οὗ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ φερόμενον C ὤφθη. οὗτος ὁ Μάρκος σοφία καὶ λόγοις ἐντεθραμμένος τοὺς μετόχους σοφίας καὶ γνώσεως διὰ τιμῆς εἶχεν ὅτι πολλῆς. οὗτος περιστάντων αὐτὸν ποτε πολεμίων, ἐπειδὴ χρη- 20 μῶτων ἐσπάνιζεν εἰς τὸ συλλέξαι στρατόν, τὸν κόσμον, ὡς φαί', τὸν βασιλείων εἰς ἀγορὰν προέθετο, κηρύξας ἀνηπιστό-

stianorum religione fuisset imbutus, priora studia deserere nollet. itaque Christiani sacerdotes, qui eum post multas admonitiones ab astrologicae disciplinae studio desistere nolle cernerent, hominem a coetu sacro prohibent, quod hisce poenis scilicet ipsum emendaturos se putarent. tum ille quadam iracundia magis etiam accensus ad Iudaeorum sacerdotes se confert, ac per execrationem christianismo eiurato circumcisionem recipit. atque hac ipsa de causa linguam Hebraicam edoctus novam quandam sacrarum litterarum interpretationem instituit, testimonia de Christo prorsus obscurare ac tegere summo studio conatus. hinc intelligere, dilecte fili, potes quamobrem iste Aquila divinas litteras adulterando quasi corruperit.

Post Adrianum Antonius, cognomento Pius ob morum benignitatem, annos 22 imperavit; sub quo Iustinus philosophus et Dionysius Corinthi antistes, ut doctrinae Christianae testimonio essent, vitam amiserunt. successit huic Marcus Antoninus, qui collega Severo genero suo 19 annos imperavit. eius imperio ignis conspectus est, qui e caelo delaberetur. erat imperator Marcus sapientiae doctrinarumque studiis innutritus, ideoque homines sapientia litterarumque cognitione praeditos magno habebat in pretio. cum hostibus aliquando ingruentibus ad conscribendum militem pecunias nullas haberet, suppellectilem, ut aiunt, ornamentaque imperatoria in foro proposuit,

λωσ τὸν βουλόμενον ἐξωνεῖσθαι λίθους μαργάρους καὶ ὅσα τοιαῦτα. γίνεται ταῦτα· συνηκτο χρήματα. σκορπίζει ταῦτα τῷ στρατῷ, ὄρμῃ κατὰ τῶν ἐναντίων, τροποῦται, σκυλεύει, νικητὴς ὑπόστρέφει. τίθησι λοιπὸν χρήματα τῇ ἀγορᾷ. τίτος ἐνεκεν; ὥστε καὶ πάλιν τὸν θέλοντα τὰ ἐξωνηθέντα δι-5 δόναι καὶ τὸ τίμημα λαβεῖν.

Μετὰ τοῦτον Κόμμοδος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιβ'. οὗτος γυναῖξί μὲν καὶ μίμοις συνέχαιρε, τοὺς δυνατοὺς καὶ προύχοντας διὰ ἕψους ἐθανάτου, ἐφ' ᾧ καὶ διὰ φαρμάκου τῆς ζωῆς ἐξίστατο. οὗτος ὁ Κόμμοδος θηλυμανῆς ἐγένετο τροπῆ 10 τοιοῦτο. κατ' ἐκεῖνο καιροῦ νόσημα τῇ πόλει λοιμῶδες ἐπέσκηψε. πτοηθεὶς οὖν μὴ ποτε καὶ αὐτὸς τῷ τοιοῦτῳ φθοροποιῶ διαφθαρείῃ νοσήματι, μύροις πολυτιμήτοις κατεχρίσατο. P. 242 καὶ τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ νοσήματος βλάβην ἐξέφυγεν, ἀλλὰ κατωφερῆς ἐντεῦθεν εἰς ἀφροδίσια γέγονε. 15

Μετὰ τοῦτον Περτίναξ μῆνας β'. μετὰ τοῦτον Σεβῆρος ἔτη ιζ', ἐφ' οὗ Κλήμης ὁ στρωματεύς καὶ Σύμμαχος καὶ Ὀριγένης. οὗτος τὸ Ζεύξιππον λουτρόν ἐκτίσεν ἐν Βυζαντίῳ, καὶ τὸ πρῶτον κτίσμα τῷ ἵπποδρομίῳ παρέδωκεν. ὁ μέντοι Ὀριγένης ἀκμῶζων τότε τοῖς θεοῖς λόγοις πολλοὺς ἐχειραγῶγει 20 πρὸς τὴν ἀλήθειαν, πιστοὺς τε καὶ ἀπίστοις· ἀφ' ὧν καὶ

perque praeconeum proclamari iussit ut quicumque vellet, citra metum ullum gemmas uniones aliaque talia coemeret. hoc facto large praedium harum rerum in milites erogat, in hostem percipit, eum in fugam comisit, spoliis potitur, victor revertitur inde pecunias e praeda partas in foro publice deponit. quamobrem istac? ut rursum, qui sane vellet, accepto pretio coempta restitueret.

Post Marcum filius eius Commodus 12 annis imperio praefuit. is mulieribus et mimis in cottidiana consuetudine delectabatur. homines potentes et illustres gladio percussos e medio tollebat. quae causa fuit ut tandem veneno extingueretur. in muliebres libidines occasione quadam huiusmodi exarsit morbus quidam id temporis omnino pestilens in urbe grassabatur. itaque veritus imperator ne et ipse correptus hoc exitiali morbo periret, unguentis magni pretii supra modum uti coepit. hoc modo consecutus ille quidem est ut morbi vim noxiam effugeret, verum ex eo tempore proclivior ad res venereas erat.

Post hunc Pertinax menses duos imperavit. enim secutus in imperio Severus idipsum annis 17 tenuit. vixere sub hoc Clemens, qui a librorum varietate Stromateus appellatur, et Symmachus et Origenes. Severus Byzantii balneum extruxit quod Zeuxippum nuncupant, et circum equestrem aedificare coepit. is autem, cuius modo mentionem faciebamus, Origenes id temporis propter doctrinae sacrae cognitio-

Ἀμβρόσιός τις ἀνὴρ ἐπίσημος καὶ φιλολόγος ἐκ τῆς Οὐαλεν-
 τίνου αἰρέσεως ἐκτύς. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔξωθεν μέγας ἐγνω-
 ρίζετο, γεωμετρίας καὶ τὰ λοιπὰ παραδιδούς αὐτοῖς· εὐ-
 φνης γὰρ ἦν ἐκ βρέφους, καὶ ἐπέπληττεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ὡς
 5 παρ' ἡλικίαν τὰ θεία καὶ μεγάλα ζητοῦντα. πολλάκις δὲ καὶ
 καθεύδοντος αὐτοῦ τὰ στέρνα τοῦ Ὠριγένους ὁ πατὴρ κατε-
 φίλει ὡς θεῖον πνεύματος μεστά, καὶ τῆς εὐτεκνίας ἑαυτὸν
 ἐμακάριζε· θεὸς γὰρ ὁ ἀνὴρ, ἐπειδὴ καὶ μάρτυς γέγονεν.
 ὁ δὲ Ὠριγένης τοσοῦτον ἦν ἠγκρατής ὡς ὀβολοῖς τέσσαρασι
 10 καθ' ἑκάστην ἀρκεῖσθαι, οἶνον καὶ ἐλαίου ἀπεχόμενος, κατα-
 σκληκῶς τε ἦν καὶ ψιαδίῳ κείμενος, ἐν ἔργον ἔχων τὴν θεῖαν
 μελέτην. ἐφ' ᾧ καὶ πολλοὺς Ἑλληνας τοῦ μαρτυρίου στέφα-
 ρον ἀναδῆσασθαι πεποίηκεν. ὁ μὲντοι Ἀμβρόσιος τὰ πρὸς
 15 ἡγάγασε. λέγεται δὲ ὅτι καὶ 5 βίβλους συνεγράψατο. τε-
 λευτῆ δὲ ἐτῶν 59, εἰ καὶ δι' αἰτίαν τινὰ τὸ κλέος αὐτοῦ
 μέχρι τέλους οὐ διέμεινεν ἄσβεστον· ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ
 Ἀρειανοὶ καὶ Ἀνόμοιοι τὰς ἀφορμὰς ἔσχον τῶν σωμάτων ἀθε-
 188 τεῖ τὴν ἀνάστασιν· τέλος δεξάζει τῆς κολάσεως καὶ τῶν δαι-
 20 μόνων ἀποκατάστασιν. τοσαύτην δὲ μετήρητο ἄσκησιν ὡς καὶ

nem clarus complures tum fideles tum infideles ad veritatem manu
 quasi ducebat. inter eos fuit Ambrosius quidam, vir illustris et lit-
 terarum doctrinaeque studiosus, qui eius auctoritate motus sectam
 Valentini reliquit. idem Origenes ob externas etiam disciplinas ma-
 gnis habebatur, ut qui geometriam artesque caeteras discipulis suis
 traderet. nam praeclara fuerat a primis annis indole praeditus, ipse-
 que pater eum nonnunquam obiurgavit ut qui supra modum aetatis
 res divinas et magnas indagaret. saepe tamen ipso dormiente pectus
 eius exosculabatur pater tanquam sancti spiritus plenum, seque pro-
 pter egregiam hanc sobolem beatum praedicabat. erat enim Leontius
 pater vir omnino divinus, ut qui testis etiam veritatis factus sit.
 adeo vero temperanter victitabat Origenes, ut in sumptum cottidia-
 num quattuor obolis contentus esset. a vino et oleo prorsus abstine-
 bat. corpus omnino propter labores exaruerat. in storea cubabat, uni
 modo rei intentus, ut divinas scilicet res meditaretur. quo ipso effe-
 cit ut multi Graeci corona testimonii cingerentur. praebat Ambro-
 sius ei cuncta quae ad usus necessarios requirerentur, illeque per-
 polit hominem ut litteras sacras annorum 18 spatio interpretaretur.
 litteris etiam consignatum scimus Origenem sex librorum milia con-
 scripsisse. mortuus est anno aetatis 69. unam tamen ob causam ipsius
 gloria usque ad finem non perduravit: nam Ariani et Anomoei sua-
 rum haeresium occasiones ab ipso hauserunt. praeterea corporum re-
 surrectioni fidem negat, suppliciorum finem opinione sua statuit,

τὸν αὐτοῦ ἀνατραπῆναι θώρακα. καὶ φάρμακον δὲ λέγουσιν ἐπιθεῖναι τοῖς γεννητικοῖς αὐτοῦ μορίοις ὥστε καταξηράναι αὐτά, καὶ βοτάνην δὲ εὐρεῖν μνήμης ἔνεκεν. μετὰ ταῦτα φθόνῳ διαβληθεὶς πρὸς γε τοὺς τῆς ἐξουσίας ἄρχοντας συνεργεῖα Σατανικῆ τῆς πίστεως ἐξίσταται· ἐκείνοι γὰρ τὴν προσοῦσαν⁵ αὐτῷ σωφροσύνην εἰδότες προσάγουσιν αὐτῷ Αἰθίοπα, καὶ P. 243 ἢ πεῖθεται τοῖς λόγοις ἐκείνων ἢ τῷ Αἰθίοπι καταχραίνεται. ἐκεῖνος οὖν μὴδὲ ἄκροις ὡσὶν ἀνεχόμενος τοιαύτην ἄθεσμον αἰκοὴν ἐνωτίσασθαι, αὐτοχείρῳ θυσίᾳ διὰ λιβανωτοῦ περιέπεσεν. ὄθεν τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοῦ μὴ ὄνειδίζεσθαι χάριν¹⁰ καταλιπὼν εἰς Ἱεροσόλυμα ἔρχεται. ἐφ' ᾧ καὶ ἀναγκασθεὶς ἐπ' ἐκκλησίας λόγον εἰπεῖν (πρεσβύτερος γὰρ ἦν) ἐκ τοῦ παρατυχόντος εἶπε καὶ τάδε „τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεός ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου;” καὶ πτύξας τὸ βιβλίον¹⁵ B ἐδάκρυσε σὺν ἅπασι. μανεῖς οὖν ἔκτοτε τὴν ἁγίαν πῦσαν γραφὴν ἀνατρέψαι ἐσπούδασεν, ὄθεν καὶ ἀναθεματίζεται μέχρι τῆς σήμερον.

Μετὰ δὲ τοῦτον Ἀντωνῖνος ὁ Καρακάλλος 8^η ε' καὶ μῆνας β'. ἐφ' οὗ Σαραπίων εἰς μαθηματικὸς ἦν, ὃς ὑπέδει- 20

genios malos in integrum restitutum iri censet. interim tanto studio corporeis exercitiis deditus erat ut etiam pectus ipsius corrumperetur. perhibent item genitalibus eum quoddam imposuisse medicamentum quo illa exarescerent. herbam quoque reperit, cuius vis in iuvanda memoria permagna foret. verum deinceps invidia quadam ad magistratus, qui cum imperio erant ac potestate, delatus Satanae auxilio a fide descivit: nam cum illi castitatem in ipso insignem plane cognitam haberent, homini Aethiopem admovent: simul indicant ut vel ipsorum mandatis pareret vel cum Aethiopo se pollueret. heic cum Origenes ne extremis quidem auribus tam nefandam rem audire sustineret, manu sua thure simulacris oblato lapsus est, quapropter Alexandria relicta, ne illius rei causa quicquam audiret exprobrationis, Hierosolymam se confert. cumque coactus esset in coetu concioneque publica orationem habere (nam ex casu, qui acciderat ipsi, Petro scilicet similis erat) huiusmodi verba pronuntiavit (Psalm. 49 16) „peccatori dixit deus: qui fit ut tu iusta mea decreta enarres, et ore tuo foedus meum usurpes?” hinc libro complicato cum omnibus lacrymas profudit. eo modo factum ut deinceps ex quadam mentis insaniam litteras sacras universas perverteret, ideoque in hodiernum usque diem execrationi ecclesiasticae obnoxius est.

Severo mortuo Antoninus Caracallus annos 6 menses 2 imperium obtinuit. erat eo regnante Scarapio quidam mathematicus, qui Antonino in senata Macrinum quendam commonstravit, non multo post

ζεν Ἀντωνίνῳ Μακρινόν τινα τὸν μετ' οὐ πολὺ διαδεξόμενον
 αὐτὸν ἐπὶ συγκλήτου. καὶ ὁ Ἀντωνίνος παριδὼν ἄλλον ἀντὶ
 Μακρινίου φρονεῦσθῆναι ἐκέλευσε· μετὰ δὲ Ἀντωνίνον Μακρί- C
 νος ἔτος ἕν καὶ μῆνας β'. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀντωνίνος ὁ Ἡλιο-
 5 γάβαλος ἔτη γ' καὶ μῆνας θ', ὃς τοσοῦτον ἦν ἀσελγῆς ὡς καὶ
 τὸν Ἱεροκλέα ἐννομον αὐτοῦ ἄνδρα ποιῆσαι. ὡς δὲ λέγουσι,
 καὶ τινὰς τῶν λατρῶν ἠντιβόλει διφυῆ αὐτὸν δι' ἐντομῆς
 ἐμπροσθίου ποιῆσαι. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Μα-
 10 μαίαιας ἔτη ιγ' μῆνας η'. αὕτη θεοσεβῆς οὖσα τὸν Ὠριγένην
 ἐξ Ἀντιοχείας ἐκάλεσεν ὥστε τὸ κατὰ Χριστὸν διδαχθῆναι
 μυστήριον. μετὰ τοῦτον Μαξιμῖνος ἔτη ς'. μετὰ τοῦτον Μάξιμος
 καὶ Βαλβῆνος ἡμέρας κβ'. μετὰ τούτους Γορδιανός, εἶτα Φιλίπ- D
 πος ἔτη ε'. οὗτος σπονδὰς ἐποίησε μετὰ Σαβῶρον βασιλέως Περ-
 σῶν, ὃς ἐθανμάζετο ἐπὶ μεγέθει σώματος· μέχρι γὰρ ἐκείνου
 15 τοῦ χρόνου τηλικούτος οὐκ ὤφθη ἄνθρωπος. ἐπὶ τούτου τοῦ
 Φιλίππου δὲ καὶ Σαβέλλιος ἦν. τότε δὴ καὶ καθ' ἑδὼν Ἰου-
 δαῖος ἔκειτο νοσῶν· ἀλλὰ βαπτισθεὶς ὑπὸ Χριστιανοῦ, καὶ
 ταῦτα λαϊκοῦ, ὑγιῆς αὐτίκα ἐγένετο. τούτου δὲ Διονυσίῳ
 τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ἀνενεχθέντος τὸ θεῖον καὶ ἀδθις ἐδέξατο
 20 φῶτισμα· κατὰ γὰρ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας οὐκ ἔξεστι

14. ὑπὸ Ρ.

in imperio successurum. qua in re negligentius se gerens Antoninus,
 alium quendam pro Macrino iussit interfici. post Antoninum igitur
 annum unum menseaque duos Macrinus imperavit. secutus est illum
 Antoninus Heliogabalus, imperioque potitus est annos 3 menses 9.
 Is tam prodigiose lascivus erat ut Hieroclem sibi pro marito legitimo
 iungeret. praeterea, ceu perhibetur, medicos quosdam obsecrabat ut
 ab anteriore parte corporis sectione facta se utriusque naturae par-
 ticipem facerent. post hunc Alexander Mamaeae F. annis 13 et octo
 mensibus imperio praefuit. Mamaea, quae religioso cultu deum ve-
 neraretur, Antiochea Origenem ad se accessivit, ut ab ipso de Christi
 mysterio erudiretur. post Alexandrum Maximinus sex annis regnavit,
 post Maximinum Maximus et Balbinus dies 22. excepti hos Gordia-
 nus. deinde Philippus annos 5 regnavit. is cum Sapore Persarum rege
 fecit inducias, qui propter magnitudinem proceritatemque corporis in
 omnium erat admiratione: nam ad illud usque tempus hominum nemo
 conspectus fuerat qui corpore tam vasto esset.

Sub Philippo Sabellius vixit, eodemque imperante Iudaeus qui-
 dam morbo laborans, in via publica cum iaceret, a Christiano, et
 laico quidem, baptissatus mox convaluit. quapropter ad Dionysium
 antistitem deductus, secunda vice lustrationem divinam accepit. quippe
 de canonum apostolorum praescripto nemini laico fas est, ut quicquam
 earum rerum peragat quae ad sacerdotum munus pertinent, etiamsi

τῆ λαϊκῆ μεταχειρίζεσθαι τι τῶν ἱερατικῶν, κῆν περιστασις ἦ.
 P. 244 καὶ οὗτοι μὲν οὕτω διετάξαντο, ὥστε μηδὲν τῆς τάξεως ἀνα-
 V. 189 τραπήναι. ὕρα γὰρ νουνεχῶς ὅτι καὶ ἐν τῇ βίῳ τοῦ μεγάλου
 Ἀθανασίου τοιοῦτόν τι γέγραπται. ὁ μέγας Ἀθανάσιος οὗτος
 ἔτι παιδίον ὢν ἐρχεται ποτε μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν ἐπὶ τινα 5
 τῆς θαλάσσης ἀκτὴν. καὶ συμπαίζειν μὲν αὐτοῖς παρὰ ταῖς
 ὄχθαις ἐήκει, τύπος δὲ τῶν μελλόντων τὸ πᾶν ἦν· ὑποκρι-
 νόμενοι γὰρ ἐν τῇ παιδιᾷ τὰ τῶν ἱερέων οἱ παῖδες Ἀθανά-
 σιον μὲν ἐπίσκοπον χειροτονοῦσιν, αὐτοὶ δὲ εἰς πρεσβυτέρους
 καὶ διακόνους ἀφορισθέντες προσῆγον ἑτέρους παῖδας αὐτῶ 10
 Β ἄσφραγίστους, κἀκεῖνος τῇ θαλαττίῳ ὕδατι τοὺς παῖδας ἐβά-
 πτιζεν. ὁ γοῦν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐπίσκοπος Ἀλέξαν-
 δρος παρ' αἰγιαλὸν παρερχόμενος, καὶ ταῦτα ἰδὼν καὶ θαυ-
 μίας, ἐπιχρῖει αὐτοὺς καὶ τελειοῖ διὰ τοῦ βαπτίσματος.
 ἀλλὰ καὶ ὁ νῆα κανὼν τοῦ ἐν πατριάρχαις Κωνσταντινουπό- 15
 λεως ἀγιοτάτου Νικηφόρου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων πατέ-
 ρων τὰς διορίζεται „τὰ ἀβάπτιστα τῆπια, μὴ ὄντος ἱερέως,
 καὶ πατὴρ αὐτὰ βαπτίσει, καὶ οἶος ἕτερος τύχη, μόνον ἔστω
 ὁρθόδοξος.”

C Μετὰ τοῦτον Δέκιος ἔτη β', ἐφ' οὗ Ναυᾶτος. μετὰ 20
 τοῦτον Γάλλος καὶ Βολουσιανὸς ἔτη β', μῆνας η'. μετὰ τοῦ-

12. ἐπίσκοπος] πρόεδρος FM.

maxime casus aliquis et necessitas urgeat. hoc nimirum illi sic con-
 stituerunt et decreverunt, ut ne qua in parte contra ordinem delin-
 quatur. nam diligenter mihi, quaeso, adverte, quid in illius magni
 Athanasii vita sit perscriptum. cum puer adhuc esset Athanasius,
 forte suis cum aequalibus maris ad litus accessit. ac videbatur ille
 tum quidem in litore cum eis ludere, sed res tota quaedam erat
 imago eius quod aliquando futurum esset. nam pueri eo in lusu re-
 praesentatis sacerdotum personis, eorumque muneribus sibi sumptis,
 Athanasium quidem episcopum collatis quasi suffragiis creabant, ipsi
 vero seniorum et ministrorum in ordinem adsciti, quosdam alios pue-
 ros ad ipsum perducebant, qui baptismo necdum obsignati forent.
 eos Athanasius aqua marina baptissabat. igitur Alexander antistes
 Alexandrinorum, cum in litore deambulans haec conspexisset et ad-
 miratus esset, pueros inungit et per baptismum perficit. canon autem
 51 sanctissimi patriarchae Cpolitani Nicephori et aliorum sacrorum
 patrum, qui praesentes ipsi adfuere, haec determinat et decernit:
 „infantes non baptissatos, si sacerdos nullus adsit, et pater baptis-
 sare potest et quivis alius, modo recte Christiana de doctrina sentiat.”

Post Philippum Decium annos 2 imperavit, sub quo Novatus vixit.
 Decio Gallus et Volusianus successerunt, imperioque biennium et
 menses 8 potiti sunt. post eos Aemilianus quattuor menses praefuit.

τον Αιμιλιανὸς μῆνας δ'. μετὰ τοῦτον Οὐαλεριανὸς ἔτη ἰδ', ἐφ' οὗ λιμὸς γέγονεν ὁλος οὐ γέγονε πώποτε, καὶ φθορὰ ἀνδρῶπων ἄρρητος· ἀπὸ γὰρ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης ἀτμοὶ τινες ἀνῆσαν, ἐκ ποταμῶν τε καὶ λιμνῶν, τοσοῦτον φθοροποιᾶ ὡς νομίζεῖν ἰχθῶρας νεκρῶν εἶναι τὰς δρόσους. ἐφ' ἧ καὶ οὐκ ἦν οἰκία ἐν ἧ οὐκ ἦν τεθνηκὼς καὶ ἀπόζων· ἀναρίθμητος γὰρ τῆρικαῦτα τῶν ἀνθρώπων ὁ ὄλεθρος.

Μετὰ τοῦτον Κλαύδιος ἔτος ἕν, ὃ καὶ πρόπαππος τοῦ Δ μεγάλου Κωνσταντίνου. μετὰ τοῦτον Κιντίλιος ὀλίγας ἡμέ-
 10 ρας· τὸν γὰρ Αὐρηλιανὸν ὄρων τῆς βασιλείας κατεπεμβαί-
 νοντα τὴν τῆς χειρὸς φλέβα τέμνει, καὶ ἀφίησιν αὐτὴν ἕως οὗ
 οὗ λειποψυχῆσας ἀπέθανε. μετὰ τοῦτον Αὐρηλιανός, ἐφ' οὗ
 οὗ Μάγνης ὁ κατάρατος ἦν, ὃ καὶ τὸ γένος Βραχμῶν, καὶ ὁ
 Σαμοσατεύς Παῦλος. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς καὶ Ἀπολλινάριος ὁ τῆς
 15 Λαοδικείας ἐπίσκοπος, ὃς τῶν Ἀρειανῶν λεγόντων ἄψυχον
 εἶναι τὴν τοῦ κυρίου σάρκα, ἔλεγε σάρκα μὲν ἐψυχωμένην λα-
 βεῖν τὸν κύριον, οὐ μὴν δὲ καὶ νοῦν τὸν ἡμέτερον ἔχει γὰρ ἡ
 θεότης τῆς σαρκὸς ἐκείνης ἡγεμονεύειν. μετὰ τούτους Θεόδω- P. 245
 ρος ὁ Μοψουεστίας πόλεως οὔσης ἐν Κιλικίᾳ τὴν ἡγεμονίαν
 20 λαχὼν, δυσφημῶν τὸν κύριον ἕνα τὸν καθ' ἡμᾶς καὶ κοιτὸν
 εἶναι, κατὰ προκοπὴν τὴν χάριν δεχόμενον, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ

hunc Valerianus exceperit, et annos omnino 15 regnavit. sub eius imperio tanta fames exstitit quanta nunquam antea; secutusque mortali-
 um interitus, culus diritas explicari verbis nequeat. nam ex mari fluminibus atque stagnis vapores quidam exhalabant adeo pestilentés et letales, ut ipsi rores nihil esse viderentur aliud quam meri cada-
 verum succi ac humores. itaque nulla domus erat in qua non cada-
 ver aliquod foeteret. peribant enim homines innumerabiles.

Delatum hinc est imperium Claudio, qui uno tantum anno regnavit, proavusque magni Constantini fuit. post eum paucos dies Quintilius rebus
 praefuit. cum enim animadverteret Aurelianum pro se imperium usur-
 pare, vena quadam manus secta sanguinem tam diu misit, donec anima
 deficiente prorupit expiraret. itaque successit Aurelianus, quo imperante
 Manes ille, vir execrabilis, natione Brachmanum ortus, vixit; itemque
 Paulus Samosatensis, quem deinceps Apollinaria antistes Laodicæ
 secutus, cum Ariani dicerent Christi carnem anima carere, contrariam in
 sententiam adseruit Christum quidem anima praeditam carnem adsum-
 pisse, non tamen mentem nostram. putabat enim divinitatem solam
 satis idoneam esse quae illi carni praeset. post hos autem Theodo-
 rus antistes eius urbis in Cilicia, quae Mopsuestiae nomen habebat,
 summa dominum adiciebat ignominia, quem unum ex nobis ac simi-
 lem paremque nobis fuisse diceret, ut qui non sine profectu quodam

βαπτίσματι τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος δωρεῆς γενόμενον μέτοχον. ὁ δὲ γὰρ Νεστόριος ἀπὸ Γερμανικεῖας τῆς Συρίας ὄρμηται. ἦν δὲ καί τις Ἰουλιανὸς ἐπίσκοπος μὲν Ἀλικαρνασσοῦ τῆς Ἀσίας, αἰρεσιάρχης δέ· τὴν γὰρ ἁγίαν σάρκα τοῦ Χριστοῦ πρὸ τοῦ παθεῖν ἄφθαρτον ἔλεγεν εἰκαί. 5

Μετὰ δὲ Ἀύρηλιανὸν Τάκιτος ἔτη β'. μετὰ τοῦτον Πρόβρος καὶ Φλωριανὸς ἔτη β' μῆνας δ'. τοῦτον δὴ τὸν Φλωριανόν V. 190 γόν ἀνεῖλεν ὁ Πρόβρος, παρὰ φρονα ποιήσας ἑαυτόν. τότε δὴ καὶ βροχῆς γενομένης σίτος μεμιγμένος τῷ ὕδατι πολὺς ἀνωθεν κατηνέχθη. τοῦτον συνάγοντες σωρούς μεγάλους ἐποίησαν. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ Ἀύρηλιανοῦ ψεκάδας ἀργύρου κατενεχθῆναι φασί.

Μετὰ δὲ τούτους Κῆρος καὶ Καρῖνος ἀνὰ ἔτη β'. μετὰ δὲ τούτους Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἐρκούλιος ἔτη κβ'. οὗτοι τὴν βασιλείαν ἐξ ἀποροίας ἀφέντες ἰδιωτικὸν ἀνελάβοντο 15 σχῆμα. κατὰ γὰρ τὸν μεταφραστὴν κύριον Συμεῶν πολλὴν ἔδεικτο σπουδὴν οὗτοι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καταγωνίσασθαι, ἣν κραταιοτέραν μεῖναι καὶ ἄδον πύλων αὐτὸς ἀπεφῆναιτο. ἀλλ' ἐπειδήπερ ἔγνωσαν ἀδύνατοι ἐπιχειροῦντες, ἐκάτερος αὐτῶν τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τὴν βασι- 20 λείαν ἀπεσκευάσαντο, πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους κόρον τῆς τύχης καὶ μεταβολῆς ἔρωτα προφασισάμενοι· οἳ δὲ τῶν ἀπορρή-

gratiae dei participes factus fuisset et in baptismo sancti spiritus donum accepisset. Nestorius inde Germanicea Syriae urbe fuit oriundus. denique Iulianus quidam antistes Halicarnassensis in Asia princeps fuit cuiusdam sectae peculiaris, ut qui sacrosanctam Christi carnem etiam ante passionem dixerit interitus expertem fuisse.

Post Aurelianum Tacitus biennium imperavit. post Tacitum Probus et Florianus annos duos menses quattuor. Florianum Probus interfecit, insania quadam simulata, sub horum imperio pluvia ex aëre delapsa, ingens tritici copia coelitus aquae permista decidit; qua congesta magnos cervos homines excitabant. itidem imperante Aureliano guttas argenteas pluisse traditum est.

Secutus est hos imperatores Carus cum Carino, quorum quisque biennium regnavit. hinc Diocletianus et Maximianus Hercules 22 annis imperium administrarunt. cumque mentis vesania quadam imperio se abdicassent, habitum vitamque privatam amplexi sunt, nam ut Symeon ille cognomento Metaphrastes ait, imperatores hi magnopere conati sunt fidem Christianam expugnando quasi abolere, quam Christus ipse firmiter perduraturam esse pronuntiavit quam ipsas Orci portas. verum posteaquam ea se moliri animadvertissent quae perfici omnino non possent, uterque reliquit imperium, inter alia cau-

ἑφ' οὗ παιδίον ἐγεννήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει χωρὶς ὀφθαλ- C
μῶν καὶ χειρῶν· πρὸς δὲ τῷ ἰσχύῳ ἰχθύος οὐρὰ προσφυῆς
αὐτῷ ὑπῆρχε. καὶ κύων ὡσαύτως ἐξέπους λεοντοκέφαλος,
10 καὶ ἐν τῇ Θράκῃ δύο παιδία ἐγεννήθησαν, ὧν τὸ μὲν τετρά-
πουν τὸ δὲ δικέφαλον. λέγουσι δὲ μὴ προσημαίνειν ἀγαθὰ
ταῖς πόλεσιν ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα τίκτονται. ἐφάνησαν δὲ καὶ
ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ, ἡλίου ἀκατέλλοτος, ἀνθρωπόμορφα
δύο ζῶα, ἀνῆρ τε καὶ γυνή, ἕπερ καὶ Σειρήνες προσυγο-
15 ρεύονται, ἠδύφθογγα πάνυ καὶ θανατηφόρα, ἀνθρωποπει-
νόμορφα. ὁ δὲ λαὸς μετὰ τοῦ ἐπάρχου θανυμάζοντες ὄρκι-
ζον αὐτὰ μὴ ἀναχωρῆσαι, πρὶν ἂν ἅπαντες ἐμφορηθῶσι τῆς D
παραδόξου θεᾶς αὐτῶν. ὅθεν καὶ μείναντα μέχρις ὥρας θ'
κατέδυσαν εἰς τὸν ποταμὸν. ἐκεῖθεν δὲ κροκόδειλοι ἐξῆλθον,
20 καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων διέφθειραν. ὁ δὲ κροκόδειλος

potuisse. quapropter operam dedit imperator ut de novo extrueretur, ita tamen ut prioris sublimitatis respectu tantum non campestre solum aequare videretur, ad orgyas 15 excitata.

Post Iustinum Tiberius, Thracia et ipse oriundus, quattuor annis rebus praefuit. Tiberio Mauricius gener successit, Caesar autem declaratus, annisque viginti totis imperavit. is templum quadraginta sanctorum Cpoli condidit. natus est etiam ipso regnante puer Cpoli, qui oculis manibusque carebat, cauda piscina ad coxendices naturaliter adhaerente. praeterea canis sex pedes et leoninum caput habens. item duo in Thracia infantes, quorum unus quadrupes erat alter biceps. perhibent autem iis urbibus, in quibus huiusmodi foetus nascantur, minime fausta portendi. conspecta sunt etiam in amue Nilo sole primum oriente duo quaedam animalia, formam humanam referentia, viri unum, mulieris alterum: Sirenes appellari solent, blandis quidem illa vocibus utentia, sed plane letifera, speciem quandam humanae ac volucrum ex aequo consimilem praebentia. quae ubi conspici coepissent, populus una cum praefecto stupore quodam correpti per adiurationem adstrinxerunt, ne prius discederent quam universi tam raro se spectaculo exsaturassent. ita factum ut ad nonam usque horam commemorata deinceps fluvio se mingerent. hinc crocodili egressi sunt, plurimosque mortales neci dederunt. est autem crocodilus bellua quaedam pisci consimilis, ingens, quadrupes, dorsi spinam nigram habens, albo ventre, diducto et hianti prorsus ore ad

ἰχθυόθηρ μέγας ἐστὶ τετράπους, τὴν μὲν ῥάχιν μέλας τὴν δὲ γαστέρα λευκός, τὸ στόμα φθάνον ἄχρι τῶν ὤμων, τὴν ἄνω γένυν κινῶν, καὶ τὴν οὐρὰν τραχύς. ἀναιρεῖ δὲ τοῦτον πολλακίς ἢ ἰδρὺς λεγομένη, ἐν τῇ αὐτῇ ποταμῷ τυγγάνουσα καὶ μορφήν ἔχουσα κυνός, τοιοῦτοτρόπως δέ. τὸ στόμα 5
 P. 274 διανοίγων ὁ προκόδειλος οὕτω καθεύδει. ἢ γούν ἰδρὺς ἐγκυλισωμένη πηλῷ καὶ διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ πρὸς τὴν γαστέρα χωρήσασα καὶ ταύτην διαρρηξάσα διὰ τῆς ἔδρας ἐξέρχεται, νεκρὸν αὐτὸν ἐντεῦθεν καταλιμπάνουσα.

Οὗτος ὁ Μαυρίκιος διετάξατο τὴν Βλαχερνίτισσαν λιτα-10
 νέειν κατὰ παρασκευὴν καὶ εἰς τὰ Χαλκοκρατεῖα ἔρχεσθαι. ὁ τοῦ Μαυρικίου στρατηγὸς παρέδωκε τὸ Ῥωμαϊκὸν φοσαύ-
 V. 212 τον τοῖς βαρβάροις διὰ τὴν ἀνταρσίαν δῆθεν αὐτῶν, ὡσεὶ χιλιάδας ἰβ'· καὶ ζητηθεὶς ὁ Μαυρίκιος ὑπὲρ μιᾶς ἐκάστης
 Β ψυχῆς παρὰ Χαγάνου τοῦ τῶν προσακτιῶν Σκυθῶν βασιλέως 15
 ἀνά νομίσματος τὸ ἥμισυ, δοῦναι οὐκ ἐπέσθη, καὶ οὕτω πάντες ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀπεκτάνθησαν. ἐφ' ᾧ τῶν κατὰ τόπους μοναχῶν ὁ βασιλεὺς ἐδέετο διὰ τὸ ἀμίσημα. κἀπέ-
 θεν οὖν ἐλθόντος τοῦ Μαγιστριανοῦ ἔμαθεν ὅτι ἢ μὲν ψυχὴ αὐτοῦ σώζεται, μετὰ πόνου δὲ καὶ θλίψεως τῆς βασιλείας 20
 ἐκπίπτει. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ ὄναρ ὄρα φρίκης μεστὸν.

humeros usque, maxilla superiore mobili, cauda insigniter aspera. non raro ab animali quodam interficitur; quod hidrym vocant et in eodem fluvio degit canisque formam repraesentat. in hunc autem modum hidrys exitium crocodilo adfert. ore crocodilus aperto consuevit dormire. quamobrem hidrys eo conspecto in coeno se volutat, ac per os crocodili ad ventrem usque progressa per anum eius, eroso ventre, rursus exit, et crocodilum mortuum relinquit.

Ceterum Mauricius hic imperator instituit ut die praeparationis supplicationes in Blachernis fiant et ad Chalcopratea usque procedatur. accidit deinceps ut dux Mauricii quidam castra Romana fossis munita barbaris proderet, in quibus erant ad duodecim milia militum, qui propterea sic multabantur quod seditionem concitassent. cum autem postularet a Mauricio Chaganus, Scytharum septemtrionalium rex, ut pro singulis redimendis ex aequo dimidium aureum penderet, ut hoc praestaret persuaderi non potuit. quapropter omnes a barbaris sunt interfecti. tum vero delictum suum imperator agnoscere, solitariaeque vitae deditos omnibus in locis orare ut eius veniam sibi precibus impetrarent. secundum haec profecto ad ipsum Magistriano, de illius indicatione cognoscit animam quidem salutem consecuturam, sed ipsum magna cum aerumna et addictione imperium amissurum. neque temporis multum intercessit, cum per quietem ei somnium terroris plenum offertur. nam videre sibi videbatur ipsum

αὐτὸν ὄρῃ τὸν κύριον ἐπὶ θρόνον καθήμενον, καὶ οὕτω λέγοντα πρὸς αὐτὸν „ποῦ θέλεις τιμωρηθῆναι, ὧδε ἢ ἐκεῖ;” καὶ ὅς „ὧδε βούλομαι τιμωρηθῆναι” εἰπὼν ἀκούει τηλικαῦτα C
 5 „παράδοτε αὐτὸν Φωκῇ τῷ τυράνῳ.” καὶ ὁ Μαυρίκιος ἀφρηνισθεὶς, καὶ μαδῶν εἶναι Φωκᾶν τὸν ἐν Δυρραχίῳ φυλάσσοντα, ἐλθόντα δὲ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα χάριν τοῦ λαβεῖν τὰ μηχανορῳγία τῶν συστρατιωτῶν αὐτοῦ καὶ τυφθέντα δεινῶς καὶ οὕτως ὄθειν ἤλθειν ὑποστρέψαντα, ἀξίαν ἔγνω τηλικαῦτα τὴν δίκην δοῦναι, εἶγε τοιοῦτη ὑπὸ
 10 κυρίον παρεδόθη ἀνδρὶ. ἐπὶ τούτοις οὖν μεταστέλλεται διὰ τοῦ παρακοιμημένου τὸν Φιλιππικόν· ἔφθασε γὰρ πολλῶν αὐτὸν ἀξιώσαι δεινῶν. γυναικάδελφος ἦν τοῦ Μαυρίκιου ὁ Φιλιππικὸς οὗτος εἰς ἀκοιρανίαν ἐκπεμφθεὶς, καὶ νικητῆς D
 15 μᾶλλον ἔφθασε μαθεῖν ὁ Μαυρίκιος ὅτι διαδέξεται τις αὐτὸν ἔχων τὸ Φ στοιχείον ἐν ἀρχῇ τῆς αὐτοῦ κλήσεως, ὡς ἐντεῦθεν εἰπεῖν τὸν Μαυρίκιον, ὡς φασι, μετὰ τὸ ὄραμα, ὅτι καὶ τὸν Φιλιππικόν ἀπεκτείναμεν, καὶ τὸν θεὸν Φ οὐκ ἔλειψε. μεταστελλόμενος οὖν ὁ Φιλιππικὸς τοσοῦτον ἐπτοήθη ὥστε καὶ
 20 κοινωνίας μετασχεῖν καὶ τοὺς ὑπ’ αὐτὸν ἐπὶ σποδοῦ καὶ σάκκου καθήμενους καταλιπεῖν. καταλλάσσεται οὖν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ, καὶ συγγνώμην ἐφ’ οἷς ἐκάκωσεν αὐτὸν ἐξαιτεῖ. τοῦ-Ρ. 275

7. τὸ ναιορολόγιον F, τὰ μηχανορῳγία P.

dominum in solio consistentem et huiusmodi se verbis compellantem „abinam poenas luere mavis, in hac an in altera vita?” cum respondisset in hac se puniri malle, vocem aliam audivit „tradite igitur eum Phocae tyranno.” tum expectatus Mauricius, intellectoque Phocam illum ipsum esse qui Dyrrachii foret in praesidio, nec ita pridem ad imperatorem venisset ut menstrua congiaria commilitonibus suis impetraret, illaque de causa graviter vapulans eo reversus fuisset unde venerat, iusto dei se iudicio poenas luiturum agnovit, qui a domino tali viro traderetur. itaque continuo Philippicum per accubitorem suum arcessit, quem antea graviter laeserat. et uxoris Mauricii frater erat hic Philippicus, qui adversus hostes cum copiis ablegatus, ubi victoria potitus revertisset, contra se flammam invidiae concitaverat. praeterea quiddam aliud antecesserat. nam futuram Mauricius intellexerat ut in imperio quidam ei succederet cuius nomen primam Φ litteram haberet. iccirco post illud somnium quod narravimus, dixisse perhibetur „si maxime Philippicum occidissemus, deus tamen alio Φ non caruisset.” quamobrem ubi Philippicus arcessabatur, tanto terrore percussus est ut sacra symbola perciperet ac suos saccis indutos cinereque conspersos relinqueret. verum imperator cum eo rediit in gratiam, sibi que condonari petiit quod eum tam indigne tractasset.

των οὕτως ἐχόντων ἐπανερχεται ἀπὸ τοῦ Δυρραχίου ὁ δια-
ληφθεὶς Φωκάς, καὶ τῶν πολιτῶν ἐν τῇ Ἑβδομῇ συναχθέν-
των βασιλεὺς ἀναγορεύεται. κρατεῖ οὖν ὁ Καππαδόκης οὗτος
Φωκάς ἕτη ἧ'. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν δῆμων στασιασάντων καὶ
λεπόντων ὅτι Μαυρίκιος οὐκ ἀπέθανεν, ἐπὶ τὸν αὐτοῦ φόνον 5
ὁ Φωκάς κινεῖται. καὶ δὴ ἐν τῇ τοῦ Εὐτροπίου λιμένι πρῶτα
μὲν ἀναιροῦσι τοὺς εἰ παῖδας αὐτοῦ, μηδὲν ἄλλο τηρικαῦτα
λέγοντος ἢ τοῦτο „δίκαιος εἶ, κύριε, καὶ δικαία ἡ κρίσις
σου,” τελευταῖον δὲ καὶ αὐτὸν ἀναιροῦσι. τὴν μέντοι γυναῖκα
B αὐτοῦ σὺν ταῖς θυγατράσιν ἐν μοναστηρίῳ κατακλείει. καλ-
10 λιγράφος οὖν ἀπὸ παννυχίδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ στρεφόμενος
ἐσπέρας καθ' ἣν ἀνηρέθη Μαυρίκιος, ἤκουσε τοὺς ἀνδριάντας
ἐκ τῶν βωμῶν λέγοντας τὴν ἐκείνου ἀναίρεσιν, καὶ σημειωσά-
μενος τὸν καιρὸν εὐρίσκει τὸ πρᾶγμα οὕτως ἔχον. τὰ αὐτὰ δὲ
καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ συγγενέσιν ὁ Φωκάς διεπραΐξατο. 15
Τότε τοίνυν Χοσρόης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὄρμησε κατὰ
Ῥωμαίων, ὁμοίως καὶ Ἄβαρας, διὰ τὸ τὸν ἀνόσιον προκτε-
ναι τοῦ ἐννόμου βασιλέως. ἔτι δὲ καὶ θνητῆς ἀνθρώπων καὶ
C κτηνῶν γέγονε καὶ ἀφορία γῆς καὶ χειμῶν βαρύτατος, ὡς
V. 213 καὶ παγῆσαι τὴν θάλασσαν καὶ πολλοὺς ἰχθύας τεθνάναι. 20
τότε καὶ ἐν ἡμέρᾳ τοῦ ἵππικοῦ ἀτακτῆσας ὑβρίσθη παρὰ τῶν

17. τό om P.

in hoc rerum statu Phocas, de quo diximus, Dyrrachio revertitur, cumque cives in Hebdomo coivissent, imperator renuntiat. regnavit autem Phocas hic, natione Cappadox, annos octo. cumque sub ipsum initium imperii factiones populi graviter tumultuarentur Mauriciumque necdum e vivis excessisse clamitarent, hac ipsa voce Phocas ad eius necem excitatus est. quapropter ablegati quidam eius rei perficiendae causa primum in portu Eutropo quinque filios eius trucidant, nihil tum aliud prolocuti quam haec verba „iustus es, domine, ac iudicium tuum iustum est.” postremus autem ipse necatur. uxor cum filiabus in monasterium Phoca iubente concluditur. accidit eodem tempore ut quidam peritus elegantis ac purae librorum descriptionis, noctem in pervigiliis agens, eodem vespere quo Mauricius est interfectus, status in aris caedem illius nuntiantes audiret. quapropter hoc tempore notato rem ita gestam deinceps intellexit. cognatos etiam Mauricii Phocas eodem modo quo ipsum tractavit.

Sed enim continuo tum Chosroes Persarum rex, tum Avars Romanis bellum intulere propterea quod impium hominem legitimo imperatori praetulissent. praeterea pestis homines atque pecudes invasit, qua cum et terrae sterilitas et hiems adeo gravis coniuncta fuit, ut ipsum mare congelaret multique pisces morerentur. impera-

δημοτῶν, λεγόντων „πάλιν εἰς τὸν καυῶνον ἔπιες, πάλιν τὸν
 νοῦν ἀπόλωσας,” ἐφ’ ᾧ καὶ πολλοὺς ἐθανάτωσε. βλέποντες
 οὖν οἱ ἐν τέλει τὸ τῶν ἀνθρώπων πλήθος πολλὰ πάσχου
 κακὰ· δημευόμενον, τὰς κεφαλὰς ἀφαιρούμενον, γράφουσι
 5 πρὸς τὸν τῆς Ἀφρικῆς στρατηγὸν Ἡράκλειον, καὶ ὃς αὐτίκα
 κινηθεὶς στίλβον ἐτοιμάζει καὶ κατὰ τοῦ Φωκᾶ ἔρχεται, φέ-
 ρων καὶ τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ Χριστοῦ. ἐφ’ ᾧ καὶ
 πενίκηκε τὸν Φωκᾶν. καὶ τούτου γεγονότος Φωτεινός τις ἐκ D
 τῶν μεγιστάνων προεπιβουλευθεὶς παρὰ τοῦ Φωκᾶ εἰς τὴν
 10 σύζυγον αὐτοῦ εἰσῆλθεν ἀθρόον εἰς τὸ παλάτιον, καὶ τὸν
 βασιλέα Φωκᾶν μέλανα χιτωνίσκον ἐνδύσας αὐτίκα τῷ Ἡρα-
 κλείῳ προσάγει. καὶ ὃς ἔφη πρὸς αὐτόν „οὕτως ἄθλιε τὴν
 πόλιν διώκησας;” καὶ ὁ Φωκᾶς „σὺ κάλλιον διοικῆσαι ἔχεις.”
 ἐφ’ ᾧ καὶ χεῖρας εὐθέως τέμνεται καὶ πόδας, τὸ δέρμα τῆς
 15 ῥάχεως, τὰ αἰδοῖα, καὶ κοντῶ ἀναρτᾶται, καὶ τελευταῖον
 τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται μαχαίρᾳ. τὸ μέντοι σῶμα αὐτοῦ
 συρόμενον κατὰ τὴν τοῦ βοῦς ἀγορὰν πυρὶ παραδίδεται.

Κρατεῖ οὖν ὁ Ἡράκλειος μετὰ Φωκᾶν ἔτη λ'. οὗτος δ' P. 276
 Ἡράκλειος πρὸς γε τὸν τοῦ Φωκᾶ γαμβρὸν Κρίσπον, πρότε-
 20 ρον μὲν τοῖς κατὰ τοῦ Φωκᾶ συννευδοκοῦντα ὕστερον δὲ Ἡρά-

5. τὸν om P.

tor cum eo die quo ludi equestres peragebantur, in edendo ac bi-
 bendo modum excessisset, a plebe per ignominiam verbis huiusmodi
 notatus „rursus e cauco bibisti, rursus mentem amisisti?” ob id
 convicium complures morte multavit. itaque cum viderent proceres ac
 magistratus rei publicae magnam hominum multitudinem multis ad-
 fici malis, bona per publicationem adimi, capita praecidi, ad Afri-
 cae praetorem Heraclium litteras mittunt, qui precibus eorum motus
 continuo classem parat et contra Phocam proficiscitur, adferens secum
 illam imaginem Christi quae manibus facta non erat. hoc modo Phoca
 superato, Photinus quidam, unus ex magnatum numero, cuius uxoris
 pudicitiae Phocas antea struxerat insidias, subito in palatium irrupit
 et Phocam imperatorem pulla veste indutum mox ad Heraclium de-
 ducit. qui cum Phocam verbis hisce compellaret „itane miser rem
 publicam administrasti?” respondit Phocas „tibi vero per me licet ut
 rectius eam geras.” hinc ei recta manus et pedes amputati, cutis
 dorso detracta, exsecta verenda et hastae adfixa, caput denique
 gladio recisum. reliquus corporis truncus in foro, quod Boarium
 nuncupant, per contumeliam hinc inde tractus tandem igni traditur.

Itaque post Phocam Heraclius annos 30 rerum potitur. hic ad
 generum Phocae Crispum, qui antea contra Phocam cum ipso con-
 spiraverat, verum deinceps Heraclium maledicto laeserat, dixisse
 fertur „quae socero non praestitisti, qui amico praestares?” itaque

κλειον λειδορευόντα, εἶπεν „γαμβρόν οὐκ ἐποίησας, ταλαί-
 πωρε, καὶ φίλον πῶς ἂν ποιήσης;” καὶ περιώρισεν αὐτὸν ἐν
 τῇ χώρᾳ. τότε ὁ Χοσρόης μετὰ πλήθους πολλοῦ τὸν Σαῖτον
 ἀπέστειλεν. ἐκάθισεν οὖν ἐν Χαλκηδόνι, καὶ μεθ’ ὑποκρί-
 σεως εἰρηνεύσας μετὰ τοῦ Ἡρακλείου ἔλαβε πρέσβεις μυγί- 5
 στανας ὁ, καὶ ἀπῆλθεν. ὅτι δὲ τὸν Ἡράκλειον αὐτὸν οὐκ
 ἀπεκόμισε πρὸς τοὺς ἄλλοις ἐκέλευε, τὴν αὐτοῦ δορὰν ἐκδύε-
 B ται. οἱ δὲ πρέσβεις δειναῖς εἰρκταῖς ἀσφαλιζονται. τότε δὴ
 καὶ λοιμὸς μέγας καὶ θανατικὸν, καὶ ὁ ἥλιος ἠμαυρώθη, καὶ
 κόνιν ἐβρέξεν. ὁ δὲ Χοσρόης τὸν Σάρβαρον ἀποστείλας τὰ 10
 τῆς ἀνατολῆς πάντα ἠφάνιζεν. ἐφ’ ᾧ καὶ κατὰ Περσίδος
 ἐκστρατεύει Ἡράκλειος, καὶ ἐν ἕξ ἔτσι πᾶσαν καθελὼν τὴν
 Περσίδα καὶ αὐτὸν τὸν Χοσρόην, ὃς ἑαυτὸν ἀπεδέωσε, πρὸς
 τούτοις δὲ καὶ τὸ τίμιον ξύλον ἐπανασάσας (ἔτυχε γὰρ ἀπὸ
 Ἱεροσολύμων σκυλευθῆναι) λαμπρῶς ἐπανάξεν. μετὰ δὲ 15
 ταῦτα ἐπὶ Ἀθινασίου τοῦ τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ Σεργίου Κων-
 σταντινουπόλεως πατριάρχου ἀπατηθεὶς εἰς τὴν τῶν Μονο-
 C θηλητῶν ἐξεκλύσθη αἵρεσιν. καὶ δὴ νόσφ μετὰ ταῦτα περι-
 πεσῶν (ὑδαρος δὲ αὐτῆ) δι’ ἧς καὶ τέθνηκε, δεινῶς ἐτιμω-
 ρεῖτο· ἦνίκα γὰρ οὐρῆσαι ἐμελλε, σανάδα κατὰ τοῦ ἤτρου 20
 ἐτίθει. τίνος ἐνεκεν; ὅτι τοῦ αἰδοίου τρηκαῦτα στρεφομένου
 τὰ οὖρα κατὰ τοῦ προσώπου ἐρέμοντο. ἔλεγχος δὲ τούτου

10. βάρβαρον F. 20. οἰστρον P, Ιτρον margo.

hominem in locum quendam relegavit. id temporis Chosroes magnis
 cum copiis Saitem contra Romanos misit, qui Chalcedone cum exer-
 citu aliquandiu commoratus est, factaque per simulationem cum He-
 raclio pace, legatis ex optimatum numero 70 acceptis, discessit ubi
 revertisset, a Chosroee propterea cutis ei detracta est, quod inter
 alios Heraclium ipsum Cpoli secum adduxisset. legati quoque
 diros in carceres, ne possent evadere, coniecti sunt. ingens tum
 annonae caritas et pestis exorta est, solque splendorem suum amisit,
 et pulvere pluit. Chosroes quoque ablegato cum exercitu Salbaro
 passim omnia per orientem eversa delevit. qua iniuria motus Hera-
 clius expeditionem adversus Persidem suscipit, eaque sex annis
 eversa, Chosroee de medio sublato, qui deum se fecerat, praeterea-
 que venerando igno recuperato, quod Persae captis Hierosolymis
 cum reliqua praeda secum avexerant, splendide Cpolim revertitur.
 secundum haec per Athanasium Iacobitarum et Sergium Cpolis patri-
 archas, dolo circumscriptus, in Monotheletarum sectam prolapsus
 est. denique morbo confectus (is erat ex aqua intercute) gravibus
 supplicis adficiabatur. nam lotium redditurus inferiori ventri tabulam
 imponebat. cur istuc? quod veretrum eius inversum urinam sursum in

προφηνῆς τῆς αὐτοῦ παρνομίας ἦν, ἣν ἐποίησεν τῇ ἰδίᾳ συνενναζόμενος ἀνεψιᾶ.

Μετὰ δὲ τούτον Κωνσταντῖνος υἱὸς αὐτοῦ ἔτος ἐν· ἡ γὰρ αὐτοῦ μητρικὰ Μαρίνα σὺν αὐτῷ τῷ Πύρρῳ θανατη-
 5 φόρον αὐτῷ κεραννίουσι φάρμακον. ὄθεν τοῦ Κωνσταντίνου τὸν βίον, ὡς εἴρηται, καταλιμπάνοντος τῆς βασιλείας αὐτίκα ἡ Μαρίνα ἐπιδράσεται, καὶ μετ' αὐτῆς Ἡρακλωνᾶς ὁ παῖς D αὐτῆς. ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον τοῦ κράτους ἀπογευσάμενοι τῇ Θείᾳ V. 214 δίχῃ περιπίπτουσιν, ἄλλο κερδάναντες μηδὲν ἢ τὸ κακοὶ φανῆναι· ὅτινα μὲν γὰρ Ἡρακλωνᾶς, ἡ δὲ Μαρίνα γλωτταν
 10 ζημιωθέντες εἰς τὴν ὑπερορίαν ἤχθησαν. κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἐν Καθαργήνῃ τῇ πόλει λοιμικῆς νόσου συμβάσης καὶ πολλῶν θνησκόντων, στρατιώτης τις ἄσματος λαβὼν τὴν ἰδίαν γυναῖκα ἐξῆλθεν ἐν προαστείῳ, κάκεισε τῇ τοῦ γεωργοῦ γυνῆ
 15 περιπεσὼν ἐτελεύτησε. τῇ δὲ ἐπαύριον ψαλλόμενος φωνῆ μεγάλῃ ἔκραξεν „ἐλεήσατέ με,” καὶ ἀναστὰς διηγῆσατο πῶς
 20 ἔπε ὑπ' ἀγγέλων μέχρι τοῦ τῆς πορνείας τελωνίου ἐφέρετο, P. 277 καὶ ὅπως ἐκεῖθεν ὑπὸ δαιμόνων κατηνέχθη εἰς τὸν ἄδην, καὶ τίνων ἐκεῖσε γέγονε θρατή. κἀντεῦθεν ἑαυτὸν καὶ πολλοὺς
 20 ὠφελήσας ἀπέθανε.

Μετὰ δὲ Ἡρακλωνᾶν Κώνστας ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου καὶ ἕγγονος Ἡρακλείου ἔτη κζ'. τότε καὶ ὁ ψευδοπροφήτης Μωά-

faciem ipsam emitteret. hoc erat argumentum flagitii manifestum, quod fratris filia sibi iuncta perpetraverat.

Imperio post ipsum Constantinus filius anno saltem uno praefuit. etenim Martina noverca et Pyrrhus letale venenum ei propinarunt. quapropter Constantino rebus humanis exempto, Martina mox imperii procuracionem suscipit, adiuncto sibi Heraclona filio. verum perexiguum ad tempus eo potiti iusto dei iudicio perierunt, nullum aliud consecuti lucrum quam quod improbos se declararunt. nam Heraclonas amissis naribus, Martina lingua praecisa in exsillum missi sunt. accidit his temporibus ut cum pestilens morbus Carthagine grassaretur ac multi homines morerentur, miles quidam parum continens sumpta secum uxore sua in suburbium se conferret. ibi cum in amplexus mulieris cuiusdam, quae agricolae coniux erat, venisset, mox vitam amisit. altero autem die psalmos concinens alta voce clamabat „miseremini mei.” deinde surgens narrabat quo pacto ab angelis ad scortationis usque telonium delatus fuisset, ac rursus illinc a malis geniis ad orcum usque deportatus, quasque res istic conspexisset. hoc modo cum sibi ac multis aliis indicatione sua profuisset, naturae debitum persolvit.

Post Heraclonam Constans Constantini F. Heraclii N. annis 27 impe-

μεθ ἐφάνη. οἱ γὰρ Ἰσραηλίται μέχρις Ἡρακλείου εἰδωλολάτρων, τὴν Ἀστάρτην ἤγουν τὴν σελήνην προσκυνούντες· ἦν καὶ Χαβερ ὀνόμαζον, τοῦτ' ἔστι μεγάλην. τῆμαυτά δὲ Βάνεστη αὐτοῖς Μωάμεθ. οὗτος θητευὼν γυναῖκ' τιμ πλουσία ὕστερον ἔλαβεν αὐτὴν εἰς γυναῖκα. εἶχε δὲ καὶ ἐπιληψιν, καὶ θέλων κρύπτειν τὸ πάθος ἔλεγε τὸν Γαβριὴλ ὄραν ἄγγελον καὶ μὴ φέρων αὐτοῦ εὐχὴν θεῶν ὀλιγορεῖν καὶ πίπτειν. ἀξιόπιστοι δὲ τὰ κατ' αὐτὸν ἔδοξεν ἀπὸ μοναχοῦ τινὸς Ἀρειανοῦ ψευδομαρτυροῦντος αὐτῷ δι' αἰσχροκερδεῶν. οὗτος δὲ Μωάμεθ εἰς Παλαιστίνην ἔλθων, καὶ ἐντευχῶν Ἰουδαίους, 10 Ἀρειανοῖς, πρὸς δὲ καὶ Νεστοριανοῖς, ἀπὸ πάντων ἠράνπε, καὶ θρησκίαν ἰδίαν παρέδωκεν. οὐ παντάπασι δὲ χρῆται τῇ νόμῳ· περιτεμὴν γὰρ ἐδίδαξεν, οὐ μὴν δὲ καὶ σαββατίζειν. λέγει δὲ καὶ ἑαυτὸν κλειδοῦχον εἶναι τοῦ παραδείσου, 15 Τρεῖς δὲ ποταμοὺς φέρεσθαι ἐν αὐτῇ, μέλιτος οἴνου καὶ γαί- λακτος. λέγει καὶ αὐτὴν σκίαν τοῦ Χριστοῦ σταυρωθῆναι διὰ φθόνον παρὰ τῶν Ἰουδαίων· αὐτὸν γὰρ ἀνελάβετο διὰ τὸ φιλεῖν ὁ θεός. οὐδὲ καὶ εἰπόντος ἡσὺ ὁ Ἰησοῦς ἔλεγεσ ἑαυτὸν θεόν" ἀπεκρίνατο ὡς οὐκ αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνόμασε θεὸν ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι. ἐδίδαξε δὲ τὰ πάντα ὠρισμένα καὶ ἀπὸ 20 θεοῦ γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις. τὸν δὲ Μωσῆα καὶ Ἀαρὼν

2. ἤγουν τὴν σελήνην om F.

11. ἐρρανίσαιτο F.

ravit. tunc et falsus ille vates Moamethus existit. nam Ismaelitae ad Heraclium usque simulacra colebant, Astarten (quae luna est) adorantes; quam et Chaberam nuncupabant, hoc est magnam. hoc vero tempore Moamethus apud ipsos exbrtus est, qui cum apud divitem quandam mulierem serviret, tandem eam uxorem accepit. laborabat is forte comitiali morbo, quem uti tegeret, angelum se Gabrielum conspiceret dictitabat; cuius aspectum quia tolerare nequiret, fieri ut animo deiecto collaberetur. ea res fidem mereri visa fuit propter monachum quendam Arianum, qui lucri sui causa falsum ei testimonium perhibebat. idem Moamethus in Palaestinam profectus cum in Iudaeos Arianos et Nestorianos incidisset, quasi collectam quandam ab omnibus congressit, peculiaremque religionem suis tradidit. lege per omnia non utitur. circumcisionem retinendam tradit, sabbati observatione sublata. paradisi se clavigerum esse iactitat, in quo tres sint animae, melle vino lacte fluentes. adserit umbram Christi tantum a Iudaeis per invidiam crucifixam esse, cum Christum ipsum deus ad se receperit, uti quem diligeret. rogatum id temporis Iesum a deo ipse deum sese nuncupasset, respondisse nequaquam id se nominis usurpasse, verum homines illud sibi tribuisse. docet etiam sic evenire cuncta mortalibus ut definita sint divinitus. Mosem et Aarōnem

παραστῆναι μὲν ἐν τῇ κρίσει τοῦ Χριστοῦ, παραπεμφθῆναι δὲ τῇ κολάσει ὡς ἀνθρώπους ἀπατηλοῦς. ἔλεγε καὶ τὴν ζωὴν ἔχειν ἐκεῖσε διὰ φθαρτῆς βρώσεώς τε καὶ πόσεώς. ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀφροδίτην κεκρυμμένως σέβονται. καὶ δῆλον ἔκ Δ 5 τῆς προσευχῆς αὐτῶν· λέγουσι γὰρ οὕτως „ἀλλὰ ἀλλὰ οὐὰ κουβαρὸ ἀλλὰ,” τοῦτ' ἔστιν, ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς μείζων, καὶ ἡ μεγάλη, ἧτοι σελήνη, Ἀφροδίτη Θεός.

Μετὰ μέντοι τοῦ Θεηλάτου Μωάμεθ θάνατον ἐφάνη ἀστὴρ ἐπὶ μεσημβρίαν δοκίτης, ἐπὶ ἡμέρας λ', σημάτων τῶν 10 τῶν Ἀράβων ἔφοδον· τότε γὰρ κατέσχον τὴν Δαμασκὸν καὶ ἄλλα πολλὰ. ἐπαινεῖται δὲ ἡ γῆ αὐτῶν· σφόδρα γὰρ πολύκαρπός ἐστι δι' εὐκρατον αἴρα. ἀλλὰ καὶ τὸ πηγανον οὐδὲν διαφέρει τῆς σικκῆς κατὰ τὸ μῆκος. καὶ ἐν Παλαιστίνῃ P. 278 δὲ πηγὴ ἰάσεις παρέχουσα, ἐν ἧ τὸν κύριον ὀδοιποροῦντα 15 λέγουσι νύσασθαι. καὶ δένδρον ἴσταται πᾶσης ἀρρωστίας ἀλεξίκακον, ὃ δένδρον εἰς γῆν ἐκλίθη καὶ προσεκύνησε δῆθεν V. 215 τὸν κύριον εἰς Αἴγυπτον φεύγοντα, σώζει δὲ καὶ εἰσέτι τὸ σχῆμα τῆς προσκυνήσεως. ἐκεῖ ἐστὶ καὶ ἡ βαταρτίς ῥίζα ἡ φλογειδής, ἧ προσεγγίαι τις οὐ τολμᾷ, ἀνυσπᾶται δὲ κυνὸς 20 τῆς τριαιύτης ῥίζης πλησίον δεθέντος· ἡ μέντοι ῥίζα περιαιπτομένη δαιμονιζομένη φυγαδεύει τὸν δαίμονα. γεωργεῖται

adstitutos quidem illos in Christi iudicio, verum deinde futurum ut tanquam praestigiatores ad poenas abtegentur. ait in securo quoque saeculo nos vitam potu ciboque corruptibili sustentaturos. Vererem sectatores eius occulte colunt. licet hoc ex ipsorum precatione deprehendere, cuius haec verba sunt „alla alla ua, cubar alla.” hoc est, deus deus maior, et magna, nimirum luna, quae et Venus, Jea.

Post huius relecti punitique à deo Maomethi mortem sidus quoddam versus meridiem conspectum est, trabis figuram referens, ad trigesimum usque diem; quo Arabum in Romanum imperium invasio denuntiata fuit. nam et Damascum id temporis sum in potestatem redegerunt et alias multas urbes. atque horum sane Arabum regio magnopere praedicatur, uti quae copia fructuum adundet propter aëris temperationem valde commodam. ruta istic a ficu proceritate non superatur. itidem in Palaestina fons est, qui morbos sanat: in eo dominum iter aliquando facientem abluisse se perhibent. etiam arbor ibi quaedam est, quae quasvis infirmitates pellit. ea se ad ferram usque inflexit dominumque summisse venerata est, cum in Aegyptum fugeret. eius inflexionis adorabundae formam hodieque retinet. istic et bataritis est; radix quaedam flammæ, ad quam propius accedere nemo audeat: sed per canem evellitur prope radicem alligatum. haec radix homini a malo genio vexato admota geoniam ipsum

δὲ καὶ ὀποβάλαμον ἐκεῖσε πολὺ. ταύτη τοι καὶ τὴν γῆν
Βταύτην ὡς ἐξαίρετον ἐπὶ ἡγαπημένῳ δέδωκεν ὁ θεὸς Ἰσραὴλ.
ἐν αὐτῇ καὶ ὁ κύριος τὰ πάντα εἰργάσατο. ταύτην οὖν καὶ
οἱ ἐξηγηταὶ τῆς γῆς ὀφθαλμὸν προσηγόρευσαν.

Ὁ μέντοι Κωνσταντὸς θέλων συνάψαι ναυμαχικὸν πόλεμον⁵
μετὰ τῶν Ἀράβων ἔδοξε κατ' ὄναρ διάγειν ἐν Θεσσαλονίκῃ.
ὅπερ ἀποκαλύψας τινὲς γνωστικῶ ἤκουσεν ὅτι κακὸν ἐνύπνιον
καὶ γὰρ „θεὸς ἄλλω τὴν νίκην” σημαίνει. τῇ γοῦν ἐπαύριον
συγκροτήσας πόλεμον καὶ ἠττηθεὶς ἐνέδυσσε μὲν τὴν ἄλουρ-
γίδα τινὰ τῶν οἰκείων αὐτοῦ, αὐτὸς δὲ λάθρα ἔφυγεν. ἐπ' ¹⁰
ἐκείνῳ λοιπὸν σφραγίστην κατὰ τὸν πόλεμον πεπλήρωται „μεί-
ζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ
θήσῃ ὑπὲρ τοῦ φίλου αὐτοῦ.” ὁ δὲ Κωνσταντὸς κατήλθεν εἰς
Σικελίαν, βουλόμενος ἐν Ῥώμῃ καταστῆσαι τὸ βασιλεῖον.
σφόδρα γὰρ ὑπὸ τῶν Βυζαντιῶν ἐμισεῖτο, ὅτι τε Μαρτίνον ¹⁵
τὸν Πάπαν Ῥώμης ἀγαθὸν ἀτίμως ἐν Κωνσταντινουπόλει
ἐξώρισεν εἰς Χερσῶνα, χεῖράς τε καὶ γλῶτταν τοῦ μεγάλου
Μαξίμου ἀπέτεμε μὴ συντιθεμένου τοῖς Μονοθελήταις. εἰς
οὖν ποιήσας εἴη ἐν Σικελίᾳ (ἀνέμενε γὰρ τοὺς αὐτοῦ παῖδας
ἐλθεῖν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως) ἀνηρέθη ἐν βυλασίῳ. κατ' ²⁰
ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἐφάνη Κωνσταντῖνος ὁ καὶ Σιλουανὸς λεγό-

fugāt et abigit. iisdem in locis et opobalsamum copiose admodum
agricultione adhibita provenit. propterea deus hanc terram velut
eximiam Israelo sibi carissimo donavit. in eadem et dominus omnia
perfectit. ideoque doctores illam oculum orbis terrarum nuncu-
parunt.

Caeterum Constans imperator, cum navali praelio decernere
vellet adversus Arabes, Thessalonicae sibi per quietem esse visus est.
id somnium ubi cuidam interpreti rerum huiusmodi exposuisset, in-
felix esse didicit: nam eo significari Thes allo nicen, hoc est, alteri
cede victoriam. altero die praelio cum hoste congressus et superatus
cuidam suorum purpuram induit, sibique clanculum fuga consulit. is
autem in pugna caesus reapse promeruit ut hoc de ipso verbum
(lo. 15 13) praedicetur, „maior esse nequit amor in hominum ullo
quam si animam suam quis amici causa ponat.” secundum haec Con-
stans in Siciliam sese contulit, imperii sedem Romam transferre
cogitans. vehementer enim Byzantiis invisus erat, quod Martinum
Romae papam contumeliose Cpolim perductum Chersonem in exsilium
egisset, ac eximio viro Maximo manum cum lingua praecidisset, unam
ob causam, quod Monotheletarum sectam non probaret. cum autem
sex annos in Sicilia vixisset, ibique liberos suos Cpoli venturos
expectasset, tandem in balneo necatus est. exstitit iis annis Con-

μενος, ὁ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως διάδοχος, ὃς ἐδίδασκε μόνους τοῖς εὐαγγελισταῖς καὶ τῷ ἀποστόλῳ προσέχειν, καὶ ὁ τούτοις διεστραμμένως.

Μετὰ δὲ Κωνσταντα Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Πωγωνᾶτος ἔτη ιζ'. Πωγωνᾶτος δὲ ἐλέγετο δι' αἰτίαν τοιαύτην. τὸν ἐν Σικελίᾳ μαθῶν θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντος ἐκείσε κατάγει. πάλιν οὖν ἀνέρχεται. ἐφ' ᾗ καὶ Πωγωνᾶτος λέγεται· ἀγένειος γὰρ ἐκείσε κατελθὼν τελειοπῶγων ὑπέστρεψε. τελευταῖα δὲ τὸν βίον δυσεντερικός.

- 10 Καὶ κρατεῖ μετὰ τούτων Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινόμητος ἔτη ις'. P. 279 οὗτος ὁ βασιλεὺς καθ' ὑπερβολὴν ἐμισεῖτο παρὰ παντὸς λαοῦ, σκληρὸς ὢν καὶ ὑπερόπτης καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν ἔχειν δοκῶν. ὄθεν Λεόντιος πατρίκιος στασιάσας ἀναγορεύεται νυκτὸς ὑπὸ δήμου τῶν Βενέτων βασιλεὺς, ἡμέρας δὲ γενομένης
- 15 κρατεῖ τὸν Ἰουστινιανόν, καὶ ῥινοτομήσας αὐτὸν εἰς Χερσῶνα ἐξώρισε. κρατεῖ λοιπὸν ὁ Λεόντιος ἔτη τρία, καὶ πάσχει τρικαῦτα τὰ ἴσα τῷ Ἰουστινιανῷ· ὁ γὰρ παρ' αὐτοῦ κατὰ Ἀράβων σταλείς μυρίαῖνδρος στόλος καὶ ἅπαξ καὶ δις μὴ φέροντες τὴν ἐντεῦθεν κακοπάθειαν, Ἀψίμαρόν τινα προῖ-
- 20 στῶσιν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τῆς Βυζαντίδος χωροῦσιν. Ἀψίμαρος οὖν ὁ καὶ Τιβέριος μετονομασθεὶς κρατεῖ Λεόντιον καὶ

stantinus, qui et Silvani nomen habuit, Pauli Samosatani successor. docuit ille solis evangelicae historiae scriptoribus et uni apostolo fidem habendam, idque ratione prorsus perversa.

Post Constantem imperio potitus est Constantinus ipsius filius, cognomento Pogonatus sive Barbatus, annos 17. is barbati appellationem ex causa quadam huiusmodi accepit. cum in Sicilia Constantem patrem mortuum accepisset, eo profectus est: inde reversus barbatus propterea dici coepit, quod expers barbae prius in reditu barbam integram iustaeque magnitudinis haberet. ex intestinorum dolore vitam cum morte commutavit.

Constantino mortuo Iustinianus annis 16 rerum potitus est, a naribus resectis deinceps Rhinotmeti nomen consecutus. hic imperator universo populo supra modum invisus erat, homo durus ac ferox, aliorum contemptor, omniaque se habere cognita putans. quae de causa factum ut Leontius patricius, seditione concitata noctu a Venetorum factione, imperator renuntiaretur. is ubi dies illuxisset Iustinianum cepit, eumque praeciso naso Chersonem exulare iussit. hoc modo Leontius triennium regnavit, quo exacto idem ipsi quod Iustiniano accidit. nam missus ab ipso adversus Arabas exercitus sane maximus, cum semel atque iterum sinistram fortunam iniquo ferret animo, Apsimarō quodam sibi praefecto Byzantium recta contendit.

ῥιγοτομεῖ αὐτὸν καὶ φρουρᾷ καθείργουσι. κρατεῖ οὖν Ἀψί-
 V. 216 μαρος μετ' αὐτὸν ἔτη ζ'. τὸν μέντοι Λεόντιον αἱ τὸν ἀστρο-
 λεσχούτων προρησεις ἐτάραττον. ὅθεν καὶ πᾶσαν ἐκίει
 κατὰ Ἰουστινιανοῦ μηχανῆν. γράφει γὰρ Χαγαῶν. τῷ τῶν
 Χαζάρων ἄρχοντι, χρήματα ὑπισχνεῖται εἰ τὸν Ἰουστινιανὸν 5
 κρατήσας ἢ ὡς τρίδουλον ἀπεμπολήσει ἢ τὴν κεφαλὴν ἐκβ-
 ψει αὐτοῦ. μανθάνει ταῦτα Ἰουστινιανός, δραπετεύει ἐκεί-
 θεν, τοῖς Βουλγάροις προσέρχεται, ἀδραῖς αὐτοῦς ὑποσχέ-
 σσει καταδεσμεῖ. ὅθεν καὶ μετὰ πλῆθους ἀπέιρου πρὸς τὴν
 Βυζαντιδα ἔρχεται, καὶ διὰ σωλῆρος ὕδροφῶρου κλέπτει τὴν 10
 εἴσοδον, καὶ οὕτω τῆς βασιλείας αὐτῷ ἐπιδράζειται, τοῦ Ἀψι-
 μάρου εἰς Ἀπολλωνίδα φυγόντος. ἔτη οὖν ἐπὶ κρατήσας
 τὸν μὲν Ἀψίμαρον μέση τῇ πόλει θριαμβεύσας ἀνείλεν, ὡσαύ-
 τως καὶ Λεόντιον· τὸν δὲ πατριάρχην Καλλίνικον, ἐπειδή-
 περ ἀντέστη προλαβὼν αὐτῷ πειρωμένῳ ἐκκλησίαν χαλάσαι, 15
 τυφλώσας ἐξώριζεν ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προβάλλεται
 Κυριακὸν τὸν ἐν τῇ νήσῳ Ἀμάστριδι ἔγκλειστον ὄντα· προη-
 γόρευσε γὰρ αὐτῷ τὴν τῆς βασιλείας ἀποκατάστασιν. καὶ
 ἀπλῶς εἶπεν, δίκην βοσκημάτων πάντας ἀπέκτεινε· μαινό-
 D 217 μνος γὰρ ἦν. ὅθεν καὶ διὰ μικροῦ σκάφους ἀπὸ Χερσονόου 20
 ἐπανερχόμενος καὶ κλύδωνι περιπεσὼν τὴν ἐνδομυχοῦσαν

quapropter Apsimarus, quem alio nomine Tiberium dixerunt, Leon-
 tio suam in potestatem redacto nares praecidit, hominemque carce-
 ribus inclusit. ipse regno ad se translato septem annis praefuit. Leon-
 tium mirifice perturbabant illorum praedictiones qui ex astris futura
 se habere cognita garrire consueverunt. itaque nihil non adversus
 Iustinianum moliebatur: litteras ad Chaganum Chazarorum principem,
 dabat; eidem magnas pecunias pollicebatur, si captum Iustinianum
 vel instar mancipii vilissimi venderet vel capite plecteret. iis cognitis
 Iustinianus in fugam se coniecit, ad Bulgaros proficiscitur, ingentibus
 eos promissis sibi devincit. quo facto tantum non infinitis cum copiis
 Byzantium contendit, per aquaeductum in urbem ingreditur, imperium-
 que recuperat. hinc Apsimarum per mediam urbem velut in triumpho
 et pompa circumductum una cum Leontio interficit; patriarcham Cal-
 linicum, quod olim ipsi contra ecclesiam aliquid molienti adversatus
 fuisset, oculis spoliatum Romam in exilium mittit; eius loco Cyria-
 cum patriarcham facit, qui in Amastride insula solitariam vitam in-
 clusus agebat: nam is Iustiniano recuperationem imperii praedixerat.
 ut brevis omnia denique complectar, quosvis pecudum instar iugu-
 labat homo plane furens. atque hanc in imis animi latitantem an-
 gulis improbitate iam antea quoque patefecerat, cum exigua navi-
 cula Chersone reverteretur et tempestate quadam exciperetur. nam

αὐτῷ κακίαν δῆλον καθίστησιν. ἐπειδὴ γὰρ τῶν οὐκείων τος
 αὐτῷ ἔλεγεν „ἴδου ἀποθνήσκεις, δέσποτα, καὶ ὑπόσχου τῷ
 θεῷ, εἴν σοι δώσῃ τὴν βασιλείαν, μηδένα τῶν ἐχθρῶν σου
 λατῆσαι,” ἔφη „ἐνταῦθά με καταποντισαίτω κύριος, εἰ φεί-
 5 σομαι τὸν σῶσά με ἀπὸ τῶν.” πρὸς τούτους δὲ καὶ βαλὼν ὁ τύραν-
 νος αὐτὸς κωὰ καὶ ὅσα οἱ Χερσονῶται κατ’ αὐτοῦ ἐμελέ-
 των τῷ Ἀψιμάρῳ χαριζόμενοι, πέμπει στρατὸν κατ’ αὐτῶν.
 καὶ ἦν ἰδεῖν θάλασσαν ἐλαεινὴν πᾶσαν ἡλικίαν ἐκέλευσεν ἀνη-
 λεῶς ἀποσφάττεσθαι. καὶ δὴ καὶ ἀποσφάττονται γέροντες P. 280
 10 νέοι γυναῖκες παῖδες καὶ πάντες ἄπλωδες. εἰτά τι μαθὼν Ἰου-
 στιναικὸς ὅτε τῶν νεογνῶν πόντη βρεφῶν οὐ σταλέντες ἐκέ-
 λυε φρεσίνοντο, καχλάζει ἐπὶ πλέον τῷ θυμῷ καὶ στόλον ἑτε-
 ροῦ ἐπέμπει, ὡς κολασθῆναι μὲν καὶ τοὺς προαποσταλέντας,
 ἀναιρεθῆναι δὲ καὶ πᾶσαν βρεφικὴν ἡλικίαν. καθίστησι δὲ
 15 τοῦ στόλου ἡγεμῶνα Φιλιππικὸν τὸν καὶ Βαρδάνην λεγόμενον.
 ἀπῆλθον ἐκεῖσε λοιπὸν, καὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος μυσυχθέντες
 ἀπανδρασίαν, καὶ μὴ φέροντες αἱμασιν ἀδίκους καταχραν-
 θῆναι, εἰς στάσιμ χωροῦσιν, ἀνακτα δὲ καὶ κράτορα Φιλιπ-
 πικῶν ποιοῦσι. καιρὸς διῆλθεν ἐπὶ τούτοις ἰκανός. Θροεῖται B
 20 ὁ βασιλεὺς, μανθάνει ἐκείθεν οὐδέν, ἐξέρχεται στρατὸν οὐκ
 ἄλλογον ἐπισυρράμμενος. φθάνει ἕως Σινάπης αὐτῆς, ὄρῳ διὰ
 Δυλάττης ἐρχόμενα πλοῖα. εὐθὺς ἀνδρποατρήσει καὶ αὐτός.

cum ei familiarium aliquis diceret „en moreris, domine, quamobrem
 deo promitte, si restiterit imperium tibi, neminem te hostium tuo-
 rum laesurum,” „immo vero” ait „hoc ipso in loco fluctibus me do-
 minus obruat, si eorum ulli peperero.” praeterea cum ad animum
 revocasset hic tyrannus quae moliti fuissent adversus ipsam in Apsi-
 marq gratiam Chersonitae, copias in eos militum ablegavit. erat heic
 videre spectaculum perquam miserabile. iusserat aetatem quamvis
 aetate ulla commiseratione trucidatq; quo factum ut iugularentur
 senes, iuvenes, feminae, pueri, adeoque omnes promiscue. quinet-
 iam cum accepisset Iustinianus quod ablegati milites mandato suo
 peperciassent omnino infantibus, vehementer excaudit, aliamque
 classem instruxit, per quam et prius missos eo nomine puniret et
 omnes Chersonitarum infantes necaret. ei classi ducem praefecit Phi-
 lippicum cognomento Bardanem. qui cum iter Chersonem instituisset,
 milites inhumanitatem ac diritatem imperatoris exsecrati, cum se in-
 noxio sanguine pollui nollent, seditionem excitant, et Phillipicum
 regem principemque suum designant. interea non parum temporis in-
 tercedit: rebus suis imperator metuit; nihil inde locorum rei novae
 percipit; non exiguis contractis copiis egreditur: Sinopen usque per-
 venit: classem adventare mari cernit: eo mox animadverso Cpolim

ἀλλὰ πρῶτος ὁ Φιλιππικὸς τὰ βασίλεια καταλαμβάνει. ὄθεν καὶ ὑστερήσας ὁ Ἰουστινιανὸς ἐν τοῖς τοῦ Δαμάτρου ὄρεσι σὺν αὐτῷ συναγεται τῷ στρατῷ. ἀποστέλλει πρὸς αὐτὸν ὁ Φιλιππικὸς ἀντιπαράταξιν. πλανῶσιν αὐτόν, κρατοῦσι, καὶ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτέμνουσι. κρατεῖ λοιπὸν ὁ Φιλιππι-5
Cκὸς ἔτη δύο. ἀλλὰ καὶ τοῦτον πάλιν εἰσελθόντες τινὲς ἀπὸ Θρακίης ἐκτυφλοῦσι.

Καὶ βασιλεύει Ἀρτέμιος ὁ καὶ Ἀναστάσιος ἔτη δύο, καὶ μετὰ τοῦτον Θεοδοσίος τῶν κάτω ἔτη δύο. οὗτος καὶ ἄκων ἐξέστη τῆς βασιλείας καὶ ἀντὶ πορφύρας τὸ μέλαν ἡμφιά-10
σατο. ὁ γὰρ ἐξ Ἰσαυρίας Λέων, πατρίκιος τηρικῶ-
V. 217 τα ὢν καὶ στρατάρχης τῆς ἔω, μελετᾷ κατὰ Θεοδοσίου ἀποστασίαν, ἔχων εἰς τοῦτο συμπράκτορα καὶ ἄνδρα τινὰ τῶν περιδόξων, ᾧ ἦν ὄνομα Ἀρτάβασδος. ᾧ δὴ καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα χάριν ἀνταμοιβῆς μετὰ τὸ κρατῆσαι 15
δίδωσιν, εἰ καὶ βάνανσος πρότερον ἦν. ἦνίκα γὰρ τοῖς Ἰου-
D δαίοις ἐκεῖνος ἐπέτυχε παρὰ πηγῆ, κατάφορτον ἑλαυνῶν ὄνα-
ρον ἦν. ἀλλὰ τοῖς χωράρχαις γνωρισθεὶς, κἀντεῦθεν τὸ τολμηροκάριον ἐκφήνας, κατὰ μικρὸν πατρίκιος καθίσταται κἀντεῦθεν βασιλεὺς ἀναγορεύεται. κρατεῖ τοίνυν ὁ Λέων 20
οὗτος ὁ καὶ Κώνων ἔτη κγ'. οὗτος ἐξ Ἰσαυρίας μὲν ὄρμητο, τὸ ἐπιτήδευμα δὲ βάνανσος ἦν, Κώνων δὲ παρὰ τῆς μητρὸς

revertitur. verum Philippicus princeps regiam occupat, ideoque tardius adveniens Iustinianus in Damatryos montes suo se cum exercitu recipit. eo Philippicus adversas copias ablegat, quae Iustiniano fraude circumvento victoria potiuntur eique caput praecidunt. hoc facto biennium Philippicus imperat; ac vicissim a quibusdam, et Thracia qui venerant, oculis spoliatur.

Successit Artemius, cognomento Anastasius, et duobus annis imperavit, cum subsecutus est Theodosius, homo plebeius, qui et ipse biennium cum regnasset, invitatus alteri cessit proque purpura pullam vestem induit. nam oriundus Isauria Leo, qui tum patricius erat et Orientis dux, defectionem moliebatur; quam ad rem virum illustrem habebat opitulatorem, cui nomen erat Artabasdo. illique deinceps cum adeptus esset imperium, remunerationis causa filiam suam matrimonio copulavit. ante occupatum imperium sordido quodam officio se quondam aluerat; quo tempore quosdam in Iudaeos ad fontem sedentes incidit, asellum onustum agens. verum ubi deinde provinciarum principibus innotuisset ac singularem animi declarasset audaciam, paulatim patricius factus, imperator denique renuntiat. igitur hic Leo, qui et Cononis nomen habuit, annos 23 imperavit. ex Isauria, ceu diximus, ortum habebat et artem olim sordidam tractabat. Cononis appellationem ei mater indiderat, quam semper a puero retinuit.

αὐτοῦ παιδύθεν ἐλέγεται. ὄθεν καὶ τοῦ ἀγίου τηρικαῦτα Γερμανοῦ πρὸς αὐτόν, ἤνικα τὸν τῆς εἰκονομαχίας κίνησιν εἰς ὕψος πάντων κατέχευεν, εἰπόντος „μὴ ταῦτα, ὡ βασιλεῦ· τὴν γὰρ εἰκονομαχίαν Κώνων ἐγείραι λέγεται,” ἔφη „ἐγὼ εἰμι ὁ 5 Κώνων.”

Τούτῳ τῷ βασιλεῖ πενιχοῦ ὄντι περὶ βασιλείας προεῖ- P.281
πον Ἰουδαῖοι μάντιες τινὲς ἐνωθέντες αὐτῷ κατὰ τύχην ἐν
τινι πηγῇ ἀναψύξεως χάριν· ἐφ’ ᾧ καὶ ὑπέσχετο μεθ’ ὄρκου
ἀμείψασθαι αὐτούς. ὄθεν καὶ βασιλεύοντι αὐτῷ ἐπέστησαν
10 οὗτοι, λέγοντες ὅτι εἰάν τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων τῶν
ἀγίων ἐκ μέσου ποιήσῃ, ἔσται τὸ σκῆπτρον αὐτοῦ διαρκοῦν
κατὰ γενεὴν εἰς ἐνιαυτούς ρ’. οὗτος τοσοῦτον ἐμηχανήσατο
κατὰ τῶν εἰκόνων, ὡς καὶ τὸν μέγαν Γερμανὸν πολλὰ δια-
λεξάμενον ἐκδιώξαι τοῦ θρόνου. προὔβάλλετο δὲ ὁ πατριάρ-
15 χης τὴν διὰ Θαδδαίου κυριακὴν ἐκτύπωσιν πρὸς Ἀνταρχον B
σταλείσαν καὶ τῇ Ἐδέσσει, ἐναποκειμένην. εἰς μέσον δὲ ἔφερε
καὶ τὴν παρὰ Λουκᾶ μὲν τοῦ ἀποστόλου ἱστορηθεῖσαν εἰκόνα,
ἐν Ρώμῃ δὲ πρὸς Θεόφιλον σταλείσαν, ὡσαύτως καὶ τὰ δύο
χαλκᾶ ἐκτυπώματα, ἅπερ ἡ αἰμορροοῦσα ἐκ πόθου ἀνεστη-
20 λώσατο, ὧν τὸ ἐν ἐπικλινῆς πρὸς γῆν εἰς τύπον αὐτῆς καὶ
τὴν εὐλογίαν παρὰ Πατέρου δεχόμενον· τοῦ Χριστοῦ γὰρ

unde factum ut cum sanctus ille Germanus, Leone pulverem oppugnationis imaginum in altum concitante, moneret imperatorem his verbis „cave tu faxis haec, imperator, quando futurum perhibetur ut oppugnationem imaginum Cono quidam auspicetur,” Leo vicissim se Cononem illum esse responderet.

Cum adhuc pauper esset, accidit ut Iudaei quidam, vaticinandi periti, futurum praedicerent ut ipse imperio potiretur, nam in eos forte quendam ad fontem inciderat, ubi se illi ex itinere recreabant cumque sacramento adhibito pollicitus fuisset se praedictionis huius nomine vicissim eis benefacturum, illi expectato tempore, dum imperio potiretur, tandem eum convenerunt, ac si quidem tum dei tum aliorum sanctorum imagines e medio tolleret, posteritatem ipsius totos 100 annos imperio potituram monuerunt. itaque tanto studio quidvis adversus imagines molitus est, ut etiam magnum illum patriarcham Germanum, qui multis cum eo disceptaverat, solio deiectum expelleret. inter caetera Germanus in medium proferebat effigiem domini per Thaddaeum Augaro missam et Edessae conservatam, praeterea memoriae proditam ab apostolo Luca imaginem, quae Romam ad Theophilum missa fuit, item aeneas duas effigies, quas mulier illa sanguinis fluxum perpessa quodam ex singulari desiderio fieri curavit et erexit. earum altera, qua ipsa representatur, ad ter-

ἦν. τότε καὶ Γρηγόριος ὁ πάπας Ῥώμης γράφει πρὸς τὸν βασιλέα Λέοντα περὶ τῶν εἰκόνων. ἀλλὰ τὸν Αἰδίονα σμῆσαι μὴ δυνηθεὶς τοὺς φέροντας τῆς Ἰταλίας καὶ Ῥώμης ἐπέκλυσε τελεῖσθαι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ εὐνὴ ἄλλη δὲ χάρακ αὐτῶν τῆς ἐξουσίας ταύτης ἀπέστῃσε. 5

Δείγμα δὲ τῆς τοῦ Λέοντος κακοπραγίας πρὸς τοὺς ἄλλοις καὶ τοῦτο. ἐγγὺς τοῦ τεμένους τῆς ἀγίας τοῦ Θεοῦ σοφίας οἶκος δεδόμητο λαμπρὸς, ἐν ᾧ βιβλιοὶ τεθησαυρισμένα ἦσαν, τὸν ἀριθμὸν ὡσαύτρισμύρια ἐξακοσχίλια πρὸς ἄλλαις πεντακοσίαις, ἔχουσαι φύλακά τε καὶ προϋστάμενον ἄνδρα τίμιον καὶ τοσοφόν. ἦσαν δὲ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἑταροὶ ἄνδρες θωμαστοί, ὡσεὶ ἱβ', ἀμμοδί τοὺς θέλοντας ἐκπαιδεύοντες. τοσοῦτον δὲ τῆς Δ' ἀρετῆς ἦσαν περιώνυμοι ὡς καὶ τοὺς βυουλῆς μηδὲν τι πράττειν ἄκευ αὐτῶν. ὁ γοῦν κάκιστος κωιούται καὶ τούτους τὰ τῆς ἀθέου γνώμης αὐτοῦ, καὶ μὴ ἔχων καταπειθεὶς εὐρεῖν 15 αὐτοὺς ἄλλη περισσορεύει εὐδξαπτον κύκλω τοῦ Θεῖου ναοῦ, καὶ πῦρ ὑφάπτει λιπαρόν, καὶ πάντα ὁμοῦ καταπλέγει, τοὺς τε Θεῖους ἐκείνους ἄνδρας καὶ σὺν αὐτοῖς τὰς βίβλους.

V. 218 Κακ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ πλούσιός τις ἦν ἐλεημοσύνας ἔμοῦ καὶ πορναίαις συζῶν, καὶ οὕτω καταγεηράσας ἀπέθανε. 20

ram se flectit et ab effigie Christi benedictionem accipit. eo tempore Gregorius quoque papa Romanus ad imperatorem Leonem de imaginibus scripsit. sed cum Aethiopem eluere non posset, Italiae Romaeque vestigalia imperatori amplius pendi vetuit, adeoque totam illam regionem ab hoc imperio prorsus avulsit.

Quam nequiter se Leo gesserit, inter alia vel unicum hoc exemplum demonstrare poterit. haud procul a sano sanctae dei sapientiae splendida domus erat exstructa, qua librorum thesaurus continebatur, numero triginta sex milium et quingentorum. haec domus custodiae et praefectum quendam habebat, virum omnino venerabilem ac doctum; sub quo alii duodecim erant, admirabili virtute ac rerum cognitione praestantes, qui quosvis absque mercede ac praemio disciplinis optimis erudiebant. atque horum ob virtutem tanta celebritas erat, ut ne ipsi quidem imperatores aliquid iis non consultis agerent. cum his ergo vir improbissimus sententiam suam impiam communicat, cumque parum eos suis rationibus tribuere deprehenderet, undique divinam hanc aedem materie coarservata cingit, quae ignem facile conciperet. inde pingues ei faces subiicit, omniaque simul exurit, tam divinos istos homines quam libros.

Exstitit iisdem temporibus vir quidam opulentus, qui et beneficentiam in pauperes largiter exercebat et plus aequo deditus erat sortationibus. ubi consenuisset, tandem naturae debitum persolvit. ibi de hoc

γίνεται οὖν στάσις περὶ τοῦ ποῦ ὁ τοιοῦτος τέτακται· οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον ἄμωμον εἶναι δεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, οἱ δὲ ταύτην καθαιρέσθαι τὰ ἁμαρτήματα δισχυρίζοντο. δεηθέντων οὖν τοῦ πατριάρχου τε Ῥωμανοῦ καὶ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων 5 τοῦ θεοῦ περὶ τούτου, ἀπεκαλύφθη τινὶ ἐγκλείστῃ· ἐώρα γὰρ ἐντεῦθεν μὲν παράδεισον, ἐκεῖθεν δὲ φλόγα πυρὸς μεγίστην, μέσον δὲ τὸν τελευτήσαντα ἐστῶτα καὶ μέγα στενάζοντα· πρὸς ὃν ἄγγελος ἐλθὼν εἶπε „τί μέγα στενάζεις; ἡ ἐλεημοσύνη σου ἐρρυσάτῃ σε τῆς φλογός.” μανθάνομεν οὖν 10 ἐντεῦθεν ὅτι οὗ τοσοῦτον ἀφελήσει τὸ ἀργύριον ἐκ ἔνθα χεῖρὸς διδόμενον. ἀλλὰ καὶ Ζήνων ὁ βασιλεύς, ὡς πού φησιν, ἐμίγη γυναικὶ παρθένῳ, ἧς ἡ μήτηρ μὴ φέρουσα τὸ συμβῆναι τὴν ἀεπαρθένον ἰκέτευε θεοτόκον ἐκτενώσας ὥστε λαβεῖν ἐκδικήσιν, καὶ ἤκουσα θείας ἐκεῖθεν φωνῆς οὕτω λεγούσης 15 πρὸς αὐτὴν „θέλωμεν ἐκδικῆσαι σε, ὦ γύναι· ἀλλ’ ἡ δεξιὰ ἐκείνου ποιῆσαι με οὕτως οὐκ ἀφίησι.” ὁ δὲ θεολόγος Γρηγόριος πρὸς ἀκριβείαν νομοθετῶν οὕτως εὖρηται λέγων „μισθῶμα πόρνης ἄγνός οὐ μερίζεται.”

Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ τοιοῦτόν τι μοναχὸς τις 20 ἀφορισθεὶς ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ πάπα ὡς παρὰ γνώμην τοῦ

oriſſi diſſenſiones coeperunt, quonam referendus eſſet. quippe nonnulli aiebant beneficentiam in pauperes expertem labis et a vitiis immunem eſſe debere. alii contra purgari et expiari delicta per hanc beneficentiam adſerebant. quare cum hanc ob cauſam Romanus patriarcha et religioſi antiſtites deum rogarent, tandem patefactio quaedam viro in ſolitudinem abſcorto contigit. etenim videbat ab una parte paraduſum, ab altera flammam ignis maximam, in medio ſtante ac valde ingemiſcentem eum qui vitam reliquerat. hinc angelum accedentem, qui talibus ipſum verbis alloqueretur: „cur tantopere ingemiſcis? beneficentia in pauperes tua te flammis hiſce liberavit.” de quo exemplo diſcimus pecuniam manu inquinata ſordenteque donatam non uſque adeo largientibus profuturam, ut nonnulli exiſtimant. itidem accepimus Zenonem imperatorem virgini cuidam vitium obtuliſſe; cuius mater iniquo caſum hunc animo ferens, continentibus perpetuae illi deiparaeque virgini precibus ſupplicaverit, ut facinus iſtuc impunitum non relinqueret. tandem ab ea divinam quandam vocem, huiuſmodi verba proferentem, auditam eſſe „cupimus nos quidem iniuriam tibi factam ulciſci, mulier, verum Zenonis dextra nos id facere nequaquam ſinit.” Gregorius autem cognomento theologus, accuratas pietatis leges ferens, alicubi locutus in haec verba reperitur „deus, qui purus eſt, non vult ſcorti mercedis particeps eſſe.”

Perhibent etiam Romae quiddam huiuſmodi accidiſſe. quidam

ἡγουμένον αὐτοῦ καὶ παρὰ τὸν Θεομὸν τοῦ μοναστηρίου τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου ποιήσας τι, μετ' ὀλίγας ἐτελεύτησεν ἡμέρας. ὄπερ ἀκούσας ὁ πάπας μεγάλως ἐλυπήθη, διότι ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφὸς ἐξαίφνης δεδεμένος ὢν. καὶ γράψας ἐν χάρτῃ εὐχὴν λύουσαν τῶν δεσμῶν τὸν τεθνεῶτα ἔδωκε τιμὴν διακόνῳ 5 εἰπὼν „ἄπελθε ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἀνάγνωθι αὐτήν.” καὶ τούτου γενομένου θεωρεῖ ὁ ἡγούμενος κατ' ὄναρ τὸν ἀδελφόν, καὶ λέγει αὐτῷ „λύπην ἔχομεν, ἀδελφέ, περὶ σοῦ, ὅτι δεδεμένος ἐτελεύτησας· εἰπέ οὖν ἡμῖν πῶς ἔχει τὰ κατὰ σε;” καὶ ὃς ἀποκριθεὶς εἶπεν „ὄντως, πάτερ, 10 εἰς φυλακὴν ἤμην ἕως χθές· σήμερον δὲ ἀπολέλυμαι.” καὶ ἐγνώσθη πᾶσιν ὅτι καθ' ἣν ὥραν ἀνέγνω ὁ διάκονος τὴν εὐχὴν ἐπὶ τοῦ τάφου, τοῦ δεσμοῦ παραδόξως ὁ ἀδελφὸς ἠλευθέρωτο. ὅσα δὲ δύναται ὁ παρὰ τῶν ἱερέων ἐπαγόμενος δεσμός, δῆλον ἐντεῦθεν. ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ Φλω- 15 P. 283 νος τοῦ φιλοσόφου εὑρεται ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν ἐπίσκοπος τις ἀφόριος πρῶτον, ὃς ἀπελθὼν πρὸς τινὰ χρεῖαν κρατεῖται ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ μαρτυρεῖ. καὶ ἐκεῖσε αὐτῷ ἐγείρεται, τελεῖται τὰ ἐγκαίνια. καὶ ἅμα τῷ τὸν ἐπίσκοπον εἰπεῖν „εἰρήνη πᾶσι,” τηρικαῦτα ἢ λάραξ τοῦ 20

8. τὸν om P.

solitariae vitae sectator a Gregorio papa excommunicatus, ut qui contra voluntatem praesidis et praescriptas monasterio leges a Gregorio nonnihil deliquisset, paucis diebus interiectis vitam cum morte commutavit. ea re nuntiata magnopere Gregorius indoluit, fratrem illum e vita subito migrasse sacris adhuc vinculis constrictum. itaque scriptam in charta precatationem, qua mortuum vinculis istis eximeret, ministro cuidam cum hisce verbis tradidit „abi ad sepulcrum fratris illius, et precatationem hanc pellege.” quod ubi factum fuisset, monasterii praeses per quietem fratrem hunc conspicit. mox eum compellans „tua causa moestus sum, o frater” ait, „quod vinculis sacris ligatus obieris. quamobrem dic, obsecro, nobis quonam in statu et conditione sis.” tum ille respondens „re vera” inquit „o pater, ad hesternum usque diem carere quodam clausus fui: verum hodie solutus ac liber factus sum.” hoc modo cunctis innouit, eadem hora qua Diaconus precatationem illam supra sepulcrum legerat, nova et admirabili ratione fratrem istum a sacro vinculo fuisse liberatum. de hoc quoque satis existimari potest quanta vis sit eius vinculi quo mortales a sacerdotibus ligantur. in historia ecclesiastica Philonis philosophi reperitur, quodam persecutionum priscarum tempore seniori ecclesiastico ab antistite sacris interdictum fuisse. cum autem senior ille quandam ob causam necessariam aliquo profectus esset, accidit ut ab ethnicis comprehensus testimonio suo veritatem obsignaret. hinc templum eo

ναοῦ ἐξεπορεύετο. γίνεται τοῦτο δις καὶ πολλάκις. ὁπταίνονται ὁ μάρτυρ τῷ ἐπισκόπῳ, λέγων „ἤλθε, καὶ πείσον τὸν ἐπίσκοπόν μου ἔλθειν καὶ λῦσαι με. ἀπόρισέ με γὰρ τῆς V. 219 λειτουργίας, καὶ συλλειτουργῆσαι ὑμῖν οὐ δύναμαι. καὶ τὸν 5 μὲν στέφανον τοῦ μαρτυρίου ἔλαβον, τὸ δὲ πρόσωπον τοῦ θεοῦ οὐκ ἐθεασάμην. καὶ εἰ μὴ ὁ δῆσας λύσει με, λῦσαι B ἄλλος οὐ δύναται.” γίνεται ταῦτα, καὶ ἡ λάρναξ οὐκέτι τοῦ ναοῦ ἐξέρχεται. ὅθεν καὶ πάντες τῷ θεῷ δόξαν δεδώκασι τῇ διδόντι τοιαύτην ἐξουσίαν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ 10 ὁ χρυσορρήμων οὕτω φησὶν „ἡμεῖς μὲν οὖν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμόν τὰ δεσμὰ περιβάλλομεν. εἰ δὲ τις τούτων καταφρονεῖ, ἐπιστήσεται ὁ τοῦ θανάτου καὶ τῆς κρίσεως καιρὸς, διδάσκων αὐτὸν ὡς ἀψευδὴς ὁ λόγος τοῦ κυρίου καὶ ὁ νόμος τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.”

15 Μετὰ δὲ Λέοντα ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος ἔτη λδ', ἐκ δεινοτάτου λέοντος ποικιλότροπος πύρραλις. οὗτος πᾶσαν κακίαν μετήρχετο, τοὺς ἁγίους τε μὴ λέγειν ἁγίους ἐθέσπιζε, τὰ λείψανα διαπτύειν αὐτῶν, καὶ πρεσβειάν ἐκεῖθεν μὴ ἐκκαλεῖσθαι· οὐ δύναται γάρ. 20 καὶ τὸ πάσης βλασφημίας μεῖζον, ὅτι τοιαῦτα καὶ περὶ τῆς θεομήτορος ἐφρόνει· ἔλεγε γὰρ ὅτι ἕως οὗ εἶχεν ἐν ἑαυτῇ

loco conditur et renoualia peraguntur; cumque antistes haec verba pronuntiaret „pax universis,” sandapila templo excessit, idque non semel sed bis terve factum. hinc per quietem antistiti senior oblatu „abito” inquit, „et episcopo meo sis auctor ut huc veniat meque vinculis exsolvat. nam officio me sacro exclusit, ideoque sacris interesse vobiscum nequeo. testimonii quidem coronam consecutus sum, sed dei faciem necdum conspexi. quodsi me ipse profectus huc non exsolverit, alius exsolvere nemo poterit.” cum igitur his obtemperatum esset, sandapila templo excedere desiit. atque hanc ob causam deo cuncti gloriam tribuebant, qui servis suis eiusmodi potestatem concessisset. Iohannes quidem orator ille aureus hac de re verbis huiusmodi diserit „nos secundum legem atque praescriptum ecclesiasticum vincula quibusdam iniicimus. ea si quis flocci pendit, is sciat mortis atque iudicii tempus appetiturum, quod ipsum doceat dei sermonem et eius ecclesiae leges minime falsas ac mendaciter excogitatas esse.”

Post Leonem filius eius Constantinus, cognomento Copronymus, 34 annos imperium tenuit, ex saevissimo leone versuta pardalis. nihil non scelerum in eo fuit. sanctos hoc nomine appellari lege lata vetuit; reliquias eorum conspui iussit; ne quis eorum intercessionem imploret, edixit: nihil eos videlicet praestare posse; quod omni denique

τὸν Χριστόν, τετιμημένη ἐτύγγανε, ἀφ' οὗ δὲ τοῦτον ἀπέ-
τεκεν, ὡς τῆς ἀνοχῆς σου Χριστέ! οὐδὲν τῶν λοιπῶν γυναι-
D κῶν διενήροχε, κατὰ τὴν εἰκόνα δῆθεν τοῦ βυλακτίου· πλη-
ρες μὲν νομισμάτων ὄν διὰ τιμῆς ἐστί, κενωθὲν δὲ οὐδενός
λογίζεται ἄξιον. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱεροὺς ναοὺς ἀνέροους ἔσπευδε 5
ποιεῖν· τὰς γὰρ ἱεράς μορφώσεις ἀπειλήφεν, ἱππηλασίας δὲ
ἀντ' αὐτῶν ὑπεζωγράφει καὶ κνηγέσια. καὶ οὐ τοῦτο μόνον,
ἀλλὰ καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐδίωκε καὶ ὡς ἄρνας κατέσφαττε.

Ταῦτα δὲ βλέπων ὁ προρρηθεὶς Ἀρταβάσδος συνάπτει
πόλεμον αὐτῷ, καὶ τῆς βασιλείας ἐξώσας κράτωρ αὐτὸς ἀνα- 10
γορεύεται. ἐπιτεῦθεν ἀνδραγατῶν τὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰ
P. 284 τῶν ἀκλήσιων τὸ πρόωγν κάλλος ἐλάμβανον. ἀλλ' ὁ Βελίωρ
ἐπὶ τούτοις οὐκ ἔφερεν. ὑπέρχεται τὸ στρατιωτικόν, κολα-
κεῖαις θερμαίνει. ἀθροίζει δύναμιν, τῷ Ἀρταβύσδω συνά-
πτει πόλεμον, νικᾷ κατὰ κράτος. χεῖροῦται αὐτὸν ζῶντα καὶ 15
ὄφθαλμοὺς ἐξορύττει, καὶ κράτωρ αὐδῆς ἀποκαθίσταται ὁ
δεύτερος ὄπισθ' Ἰουλιανός· ἀνθρώπους καὶ γὰρ ἔδνε τῇ
Ἀφροδίτῃ. ἔδνε καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ νοσήματα χα-
λεπὰ κατὰ Θεομηνίαν συνέβαινον, κἀντεῦθεν θανατικὸν γέγο-
γεν ἄρροητον. φθορὰ γὰρ ἀνθρώπων τηλικαῦτα ἐπέπεσεν 20
ὑπὲρ τῆς καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουστινιανοῦ· ὀλόκληροι γὰρ
B ἐκλείσθησαν οἶκοι. ἀλλὰ καὶ δαίματα φοβερὰ ἐώρων οἱ ἄν-

11. ἀνδει τε τὰ?

